

POMPONIVS MELA.

IVLIUS SOLINVS.


ITINERARIVM ANTONINI AVG.

VIBIVS SEQVESTER.

P. VICTOR De regionibus urbis Romæ.

Dionysius Afer de Situ orbis prisciano Interprete
iterū castigatus & cum græco exemplari collatus.

1000



ANTONIVS FRANCINVS VARCHI,
 ENSIS, PETRO VICTORIO
 IACOBI FILIO PATRI,
 TIO FLORENTI-
 NO. S. P. D.

EFFLAGIT ASTI iamdudum humanissime
 Petre & ferè (ut Fabius inquit) quotidiano conuicio,
 Pomponij Melæ de situ orbis libros à nobis castigari,
 castigatosq; nostris typis excudi. Tuæ profecto morem
 gessissem uoluntati, cù tantū te faciam (dictum autem
 fit citra adulacionem) quanti præterea neminem, tum
 ut alicui usui bonarum litterarum studiosis foreni, tum
 quia hic noster, nisi alius q; apud nos de geographia scri-
 pserunt albis (ut aiunt) equis præcurrit, at certe nul-
 li meo iudicio cedit, placet fateor, Plinius, at hic de-
 lectat magis, breuis nanq; atq; dilucidus uerus & el-
 gans est, quod uix in huiusmodi scriptoribus, ut ipse
 etiam inquit, reperias, propter maximam, regionū, pros-
 uinciarū, populorum, fluminumq; & insularū varie-
 tam. Sed cum opus ipsum aggrediebar, tam adulter-
 ratum suisq; numeris perturbatum inueniebam, ut ab
 incœpto opere sæpiissime desisterem. Verum deniq;
 antiquissimum nactus codicem litteris scriptum longo-
 bardis, multa sanui uulnera, multa etiam sanan-
 da supersunt, non n. ausim dicere me in integrum res-
 tituisse, quod tam falsum esset, quam est ipsum mens-
 dacium, forsitan & hæc olim, cum melior dabitur

codex in meliorem lectionem & eam ueram restituē-
tur. Has autē nostras quales quales sunt Pōponij lucis
bratiunculas, additis insuper Solimi polyhistoris Dio-
nysijq; libris interprete Prisciano à nobis cum græco
exemplari collatis propter materię affinitatem, ex
quibus & frugem simul & delectationem capient
studioſi, nomini tuo, nuncupauimus, ut tuo pa-
trocinio iā in uulgis prodeant, prefertim cū ipſe utrūq;
fontem tam græcum q̄ Latinum, non, ut pleriq; omnes fa-
ciunt iuuenes hac nostra tempeſtate, qui bonis corporis
fortunæq; redundant, summis, (ut aiunt) labijs degustar-
sti, at toto te corpore proluisti, miror certe, laudoq; confi-
lium tuum, teq; hortor uehementius in dies ad bona stu-
dia capessenda, licet (ut græce aliquando loquamur)
τὸν τρέχοντα ὁ τρύπω. cum potius freno q̄ calcaris
bus indigeas. Omitto victoriæ donis: splendorem, qui
multisiam seculis omnium oculis uirtute sua affulſit, præ-
tereo altitudinem animi, summam modestiam tuam, mo-
rum facilitatem, humanitatem singularē, benignitatem
in omnes. tum ne epistola legem præteream, tum quia
maiori p̄ conio laudes tuæ celebrandæ effent, hoc tantum
dixisse uelim fore ut aliquādo posterite ad syderat tollāti si
bona sequeris studia, Suscipe ergo bona cui hæc nostri
agri munuscula meliora post hac si hæc quoquo pacto
probaueris & græca & latina fuscæpturus. Vale
de me tantum tibi pollicaris quantum de amicorum
optimo.

3

POMPONII MELÆ DE SITV OR-
BIS LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

RBIS situm dicere aggredior, im-
peditum opus, & facundia minime cas-
pax, constat enim ferè gentium locor-
umq; nominibus, & eorum perplexi-
zo satis ordine, quem persequi longa
ga est magis quam benigna materia. uerum aspici ta-
men cognosciq; dignissimum, & quod, si non ope ini-
genij orantis, at ipsa sui contemplatione pretiū operæ at-
tendentiam absoluat. dicā autem alias plura, & exactius
nunc autem ut quæq; erunt clarissima, & strictim. Ac
primo qdemi quæ sit forma totius, quæ maximæ partes,
quos singulæ modosint, utq; habitentur, expediam. Dein
derursus oras omnium, et litora ut intra, extraq; sunt,
atq; ut ea subit, ac circumluit pelagus. Additis q; in na-
turaregionū incolarūq; memorāda sunt. id quo facilius
sciri possit, atq; accipi, paulo altius summa repetetur.

Mundi in quatuor partes diuisio. Cap. I.

MNE igitur hoc quicquid est, cui mun-
dicæliq; nomen indidimus, unū id est, et
uno ambitu se, omctaq; amplectitur. Par-
tibus differt, unde sol oritur, Oriens nunci-
patur, aut Orsus. quo deincepsit, Occidens, uel Occas-
sus. 

POM. MELAE.

huic medio terra sublimis cingitur undiq; mari, eadēnq;
 in duo latera, quæ Hemisphæria nominantur, ab oriē-
 te diuisa ad occasum, Zonis quinq; distinguitur. medit
 am aestus infestat, frigus ultimas. Reliquæ habitabi-
 les paria agunt anni tempora, uerum non pariter. An-
 tichthones alteram, alterā nos incolimus. Illius situs ob-
 ardorem intercedentis plagæ incognitus, huius dicen-
 dus est. Hæc ergo ab ortu porr̄cta ad occasum, & (quia
 sic iacet) aliquanto quam ubi latissima est longior, am-
 bitur omnis oceano, quatuorq; ex eo maria recipit, unū
 ab septentrione, à meridie duo, quartum ab occasu suis
 locis illare referuntur. Hoc primum angustum nec amplius
 us decem millibus passuum patens, terras aperit atque
 intrat, tum longe lateq; diffusum abigit uaste cendens
 tia litora, iisdemq; ex diuerso propè coemtibus adeo
 in arctum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde
 seruſus, sed modice admodum laxat, rurſusq; etiam
 quām fuit arctius, exit in spatium, quo cum est ac
 cæptum ingens iterum & magno ſe extendit ambitu et
 paludi cæterum exiguo ore coniungitur. Id omne qua-
 menit, quaq; diſpergitur, uno uocabulo nostrum ma-
 re dicitur. Angustias introitumq; uenientis nos fretum,
 græci τοξόμον appellant, qua diffunditur alia alijs
 locis cognomina acceptat, ubi primum ſe arctat, Hel-
 leſpontus uocatur, Propontis ubi expandit. ubi iterum
 pressit, Thracius Bosphorus. ubi iterum effundit, pon-
 tus Euxinus, Qua paludi committitur, Cimerius Bo-
 sphorus. Palus ipsa, Maeotis. Hoc mari, & duobus
 inclytis omnibus Tanai, & Nilo, in tres partes uni-
 uersum diuiditur. Tanais à septentrione ad me-^{1:em}

uergens in medium ferè Mæotida defluit, & ex di-
 uerso Nilo in pelagus. Quod terrarum iacet à fredo ad
 ea flumina ab altero latere, Africam vocamus, ab altero
 Europen, ad Nilum Africanam, ad Tanain Europen.
 Ultra quicquid est, Asia est. Tribus hanc è partibus
 tangit oceanus, ita nominibus, ut locis differens. Eous
 ab oriente, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus
 Ipsa ingenti ac perpetua fronte uersa ad orientem tan-
 tum ibi se in latitudinem effundit, quantum Europa,
 & Africa, & quod inter ambas pelagus immissum
 est. Inde cum aliquatenus solida processit ex illo Oceano
 quem Indicum diximus, Arabicum mare, & Persio-
 cum, ex Scythico Caspium recipit, & ideo qua se reci-
 pit angustior. Rursus expanditur, & fit tam lata quam
 fuerat, deinde cum iam in suum finem aliarumque
 terrarum confinia deuenit, media nosiris aequoribus ex-
 capitur, reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero
 ad Tanain. ora eiuscum alueo Nili amnis, ripis descen-
 dit in pelagus, & diu sicut illud incedit, ita sua litora
 porrigit, deinde fit uenienti obuiam & primum se
 ingenti ambitu incuruat, post se ingenti fronte ad
 Hellestropicum fretum extendit, ab eo iterum obli-
 quat ad Bosporum, iterumq; ad ponticum latus cur-
 ua, aditum Mæotidos transuerso margine attingit. Ipsa
 gremio ad Tanain usq; complexa fit ripa, qua canais
 est. In ea primos hominum ab oriente accipimus Indos et
 Seres, & Scythes. Seres media fermè Eo & p:is incolunt
 Indi ultima, ambo late patentes, neq; in hoc tenet pelas-
 gus effusi, spectant n. etiā meridiē Indi, oraq; Indici na-
 sis, nichil uia ostensibiles efficiunt, diu continuus ger-

POM. MELAE.

abibus occupant. Spectant ē septentrionem Scythæ, ac illius
 scythicum, nisi unde frigoribus arcentur, usq; ad Caspium finum possident. Indis proxima est Ariacne. Deinde
 inde Aria, & Cedrosis, & Persis ad finum Persicū. hunc
 populi Persarum ambiunt. Illum alterum Arabes, ab ijs,
 quod in Africam restat, Aethiopū est Illic Caspiani Scy-
 this proximi, finū Caspiū cingunt ultra Amazones, ul-
 traq; eas Hypborei esse memorantur. Interiora terrarum
 multaq; uariaq; gentes habitant, Gadari, et Pariani, &
 Bactri. susiani. Pharmocotrophi. Bomarei. Coamani.
 Rophanes. Dace. sup Scythas Scytharūq; deserta ac sup
 Caspiū finū Comari. massagetæ. Cadusij. Hircani. Ibe-
 ri. sup Amazonas & Hyperboreas Cimmerij Scythæ.
 Eniochi. Georgi. Moschi. Corsitæ. Phoristæ. Riphaces.
 atq; ubi in nostra maria tractus excedit, Mari, Antibal-
 rani, & notiora iā nomina, Medi, Armenij, Comage-
 ni, Murrani, Vegeti, Capadoces, Gallograeci. Lycaones
 Phryges, Pysidae, Isauri, Lydi, Syrocilices. rursus ex ijs q
 meridiē spectant, eademq; gentes interiora litora tenet
 usq; ad finum persicum. sup hunc sunt Parthi et Assyr-
 i. sup illum alterū Babylonij. Et sup Aethiopias Aegy-
 ptū, ripis Nili amnis, & mari proximi idem Aegy-
 ptij possident. Deinde Arabia angusta fronte sequentia li-
 tora attingit. Ab ea usq; ad flexum illum, quem supra
 retulimus, Syria, & in ipso flexu, Cilicia, extra autem
 Lycia, & Pamphilia. Caria. Ionia. Aeolis. Troas usque
 Ad Helleponsum. ab eo Bithyni sunt Ad thraciū. Bos-
 phorum. Circa pontum aliquoi populi alioq; fine, omo-
 nes uno nomine Pontici dicuntur, ad lacum Mœotici, ad
 Tanain Sauromatae.

Europa terminos habet ab oriente Tanain,
 e & Maeotida, et pontum, à Meridie reliqua
 nostri maris, ab occidente Atlanticū à septē
 trione Britanicum oceanum. Ora eius for-
 ma litorum. Tanais ad hellespontum, qua ripa est di-
 cti amnis, qua flexum paludis ad ponticum redigit. qua
 proponiti ab Helleponto latere adiacet, contraria lito-
 ribus. Asiae non opposita modo, uerum etiam similis est.
 Inde ad fretum nunc uaste retracta, nunc prominens tres
 maximos sinus efficit, totidemq; se in altum magnis fro-
 tibus euehit. extra fretum ad occidentem in aequalis ad
 modum præcipue media quæ procurrit ad septentrionē
 nisi ubi semel iterūq; grandi recessu abducitur penè ut
 directo limite extenta est. Mare, quod primo sinu accipit.
 Aegaeum dicitur. qd sequenti in ore, Ionium. Adriaticū
 cū interius, quod ultimo nos Thuscum, quod graij Tyrr-
 henum perhibent. gentium prima est scythia alia qd
 dicta est, à Tanai media fermè pontici lateris. hinc in
 Aegæi partem continens Thracia, ac Macedonia adiun-
 gitur. tū Græcia prominet. Aegæūq; ab Ionio mari di-
 rimit. Adriaticū latus Illyris occupat, inter ipsum Adriati-
 cum et Thuscū Italia procurrit. In Thuso intimo Gal-
 lia est, ultra Hispania est. hæc in occidente deniq; etiā
 ad septentrionē diuersis frontibus uergit. deinde rursus
 Gallia est longe, & à nostris litoribus hucusq; promissa.
 Ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur. Illi ad Asiam
 Hæc de Europa.



Africa ab orientis parte Nilo terminata, per-
 a lago à cæteris, brevior est quidem quam
 Europa, quia nec usquam Asia, & non
 totis huīus litoribus obtendit. longior ta-
 men ipsa quam latior, & qua ad fluuium attingitur la-
 tissima. Vtq; inde procedit, ita media præcipue in iuga
 exurgens pergit incurva ad occasum, fastigiatq; se mol-
 liter, & ideo ex spatio paulatim adductior. ubi finitur,
 ibi maxime angusta est. quantū incolitur eximie fertilis
 est uerum quod pleraq; eius inculta, et aut barenis ster-
 rilibus obducta, aut ob sitū cœli terrarūq; deserta sunt,
 aut infestantur multo ac malefico genere animalium,
 uasta est magis quam frequens. mare, quo cingitur à se-
 pientrione, Libicum à Meridie Aethiopicum. ab occi-
 dente Atlanticum dicimus. Ab ea parte, quæ Libycō
 adiacet proxima Nilo prouincia quam Cyrenas uocant.
 Deinde cui totius regionis uocabulo cognomen indium
 est, Africa. cætra Numidae, & Mauri tenent. sed Maure-
 ri in Atlanticum pelagus expositi. ultra Nigritæ sunt
 & Pharusij, usq; ad Aethiopas. hi et reliqua huīus,
 & totum latus, quod meridiem spectat, usq; in Asiam cō-
 finia possident. At superea, quæ Libycō mare abluuntur
 Libyes Aegypti sunt, & Leucoæthiopes, & natio fre-
 quens, multiplexq; Getuli deinde late uacat regio pper.
 motractu inhabitabilis. tum primos ab oriente Garan-
 mantas, post Angilas & Troglodytas, & ultimos ad
 occasum Atlantas audimus. Intra (si credere libet) uix
 am homines magisq; semiæri Aegypanes, & plæmyæ

Et Camphasantes, Et Satyri sine teatis ac sedibus pa-
sim uagi habent potius terras, quam habitent. Hac sum
ma nostri orbis, haec maxima partes. haec formae gentesque
partium. Nunc exactius oras, situsque dicturo inde est com-
modissimum incipere, unde terras nostras pelagus ingre-
ditur. Et ab iis potissimum, que influenti dextra sunt. Dein
de stringere litora ordine, quo iacent, perigratisque omni-
busque mare attingunt, legere etiam illa quae cingit oceanus,
donec cursus incepit operis intra, extraque circum-
uectus orbem illuc, unde cœperit, redeat.

Particularis Africæ descriptio.

Caput IIII.

*d*ictum est Atlanticum esse oceanum, qui ter-
ras ab occidente contingeret. hinc in nostrum
mare per gentibus lœua Hispania. Mauritia
ma dextra est. Prima partes illæ Europæ
haec Africæ, eius oræ finis Mulucha, caput atque exordi-
um est promontorium quod graci αὐτελύσια Afri
aliter sed idem significante vocabulo appellant. In eo
est specus Herculisacer, Et ultra specum Tinge oppi-
dum peruetus ab Antro (ut ferunt) conditum. Extat rei
signum parma elephantino tergere exculo ingens, Et
ob magnitudinem nulli nunc usuhabilis, quam locorum
accolare ab illo gestatam prouero habent, traduntque, Et
inde eximie colunt. deinde est mons praaltus, ei quem ex
aduerso Hispania attulit obiectum. hunc Abylam, illum
Calpen vocant columnas Hercolis utrumque addit fa-
manori fabulam. Hercule ipsum iunctos olim per-

POM. MELAE.

petuo iugo diremisse colles, atq; ita exclusum ante a mo-
le montū oceanū, ad quæ nūc inundat admissum. hinc
iam mare latius funditur, summotasq; uastias terras mar-
gno impetu inflectit. ceterum regio ignobilis, & uix
qcquam illustre sortita paruis oppidis habitatur, parua
fiumina enītūt, solo q; uiris melior, & segnitiae gentis ob-
scura. ex ijs tanien, q; cōmemorare non piget, montes sunt
alti, qui continentur, & quasi de industria in ordinem
expositi ob numerum septem ob similitudinem fratres
uocantur. tum Vada fiumius, & Rusigaiā, et si ga par-
uæ urbes, et portus, cui magno est cognomen ob spatiū.
Muluchaille, quem diximus, amnis est, nunc gentium
olim regnorum terminus Bocchi lugurtaq; ab eo Nui-
nidia ad ripas exposita fuminis. Amplagæ spatio qui
demq; Mauritania angustior est, uerum & culta mai-
gis & difior. urbium, quas habet, maximæ sunt Cyro-
tha procul à mari, nunc sittianorum colonia, quondam
regnum domus Iubæ, & Siphacis, cum foret opulentissi-
ma. Iol ad mare aliqui in doignobilis, nunc quia Iubæ
regia fuit, et quod Caſarea uocatur, illustris, citra hanc
(nam in medio firmè liture sita est.) Cartenna, &
Arsenaria sunt oppida, & Amphi Castellum et Laturus
fīnus, & Sardabale fiumius ultra monumentum cōmis-
ne regiae gentis. deinde Icosum & Uthisia urbes et ef-
fluentes inter eas Ancus, & Nabar, aliaq; quæ taceri
nullum rerum famæ ue dispendium est interius & lon-
ge satis à liture, si fidem res capit, mirum admodum,
spinæ piscium, muricum, ostrearumq; fragmenta, scis-
sa & attrita uti solent fluctibus, & non differentia mal-
rinis, infixæ cantibus anchoræ, & alia huiusmodi sit

gna atq; uestigia effusi olim ad catoca pelagi, in
 campis nihil alentibus esse inueniriq; narrantur. regio
 quæ sequitur à promontorio Metagonis ad aros Philei
 norum proprie nomen Africæ usurpat. In ea sunt op-
 pida Hipporegus, & Rusicade, et Tabraca, deinde tria
 promontoria, Candidum, Appollinus, & Mercurij, uel
 sive projecta in altum, duos grandes sinus efficiunt, Hip-
 ponensem vocant proximum ab hippocone diarrhyto, qd
 litori eius appositum est. in altero sunt castra Lalia, ca-
 stra Cornelia, flumen Bragada, Utica, & Carthago,
 ambae inclytæ, ambae à Phœnicibus conditæ, illa saeculo Car-
 tonis insignis, hæc suo, nunc Po. Ro. Colonia olim im-
 perij eius pertinax ænula, iam quidem iterum opulenta,
 etiam nunc tam priorum excidio rerum, quam ope
 presentium clarior. Hadrumenum. Leptis. Clupea. Ab
 rotone. Taphia. Neapolis hinc ad Syrtim adiacent, ut
 inter ignobilia celeberrima. Syrtis sinus est centum ferè
 millia passuum, qua mare accipit patens, trecenta qua
 angit. uerum importuosus atque atrox, & ob uador-
 rum frequentium brevia, magisq; etiam ob alternos mo-
 tus pelagi affluentis, & refluxus infestus. super hunc
 ingens palus amnem Tritona recipit ipsa Tritonis. uni-
 de, & Mineruæ cognomen inditum est, ut incolæ arbit-
 trantur ibi genitæ, faciuntq; ei fabulæ aliquam fidem,
 quod queni natalem eius putant, ludicris uirginum in-
 ter se decertantium celebrant. ultra est Oea oppidum,
 & Cinyps fluuius per uberrima aria decidens. tum
 Leptis altera, & Syrtis nomine atque ingenio par prior,
 si ceterum altero ferè spatio, qua debiscit, quaque fie-
 dum agit amplior. eius promontorium est Borion, ab

^{D. O. M.}
eoq; iniipiens ora, quare ophagi tenuisse dicuntur
usq; ad Phycunta, & id promontorium est importuoso
litore perinax. Aræ ipsæ nomen ex Phelenis fratribus
traxere, qui contra Cyrenaicos missi Carthaginem ad di-
rimendum conditione bellum diu iam de finibus, &
cum magnis amborum cladibus gestum. Postquam
in eo quod conuenerat non manebatur, ut ubilegati con-
currerent certo tempore utrinq; dimissi, ibi termini fas-
tuerentur, paciū de integro ut quicquid citra esset, popu-
laribus cederet, mirum & memoria dignissimum faci-
nus, hic se uiuos obrui pertulerunt. Inde Ad Catabath-
mon Cyrenaica prouincia est, in eaq; sunt Hammonis
oraculum fidei inclytæ. & fons, quem solis appellant,
& rupes quædam Austro sacra. Hæc cum hominum
manu attingitur, ille immodiatus exurgit, harenas que
quasi maria agens sic sœnit, ut æquor fluctibus, Fons me-
dia nocte feruet, mox paulatim tepescens fit luce frigidus
tunc ut sol surgit ita frigidior subinde per meridiem ma-
xime riget. sumit deinde temores iterum, & prima no-
cte calidus, atq; ut illa procedit, ita calidior, rursus cum
est media perferuet. In litore promontoria sunt Zephyriō,
& Naustathmos porus Paretonius. Urbes Hesperia,
Apollonia, Ptolemais, Arsinoe, atq; unde terris nomen
est, ipsa Cyrene, Catabathmos uallis deuexa in Egy-
ptum, finit Africam. oræ sic habitantur ad nostrum na-
xi ne ritum moratis cultoribus, nisi quod quidam linguis
differunt, & cultu deorum quos patrios seruant, ac pa-
trio more uenerantur. proximis nullæ quideni urbes
stant, tamen domicilia sunt, quæ Mapalia appellau-
tur, uictus asper, & munditijs carens. Primores sagis

zelantur, uulquis bestiarum, ^{T. am} pellibus, ^{D. am}
 quies epulaq; capiuntur, uasa ligno fiunt, aut cortice,
 potus est lac, succusq; bacarum, cibus est caro plurimū
 ferina, nam gregibus (quia id solum opīmū est) quo
 ad potest, parcitur. Interiores etiam multius, sequun-
 tur uagi pecora, utq; à pabulo dñeāta sunt, ita se ac mag-
 ria sua promouent, atq; ubi dies deficiet, ibi noctem, agit
 quanquam in familias passim & sine lege dispergi, ni-
 bil in commune consultare, tamen qd singulis aliquot
 simul coniuges, & plures ob id liben agnatiq; sunt, nu-
 quam pauci, ex his qui ultra deserta esse memorantur,
 Atlantes solem execrantur, & dum oritur, & dum
 occidit, ut ipsis agrisq; pestiferum, nomina singuli non
 habent, non uescuntur animalibus, neq; illis in quiete
 qualia ceteris mortalibus uisere datur. Troglodyta nul-
 larum opum domini, strident magis, quam loquun-
 tur, specus subeunt, aluntur que serpentibus, Apud Ga-
 ramantas etiam arinenta sunt ea, quæ obliqua cerui-
 ce pascuntur, nam pronis directa in humum cornua
 officiunt, nulli certa uxor est, ex his qui tam confuso
 parentum coitu passim incert' que nascuntur quos pro-
 suis colant, formæ similiadine agnoscunt. Anglæ ma-
 nes tantum deos putant. per eos deicant, eos ut ora-
 cula consulunt, præcati' que quæ uolunt, ubi uulnis in-
 cubuere, pro reponsis ferunt scinia, fœminis eorum
 solenne est, nocte qua nubunt, omnium stupio patere,
 qui cum nubere aduenirint, & tum cum plurimis
 concubuisse maximum decus, in reliquum pudicitia
 insignis est, Nudi sunt Gamphasantes, armorum' que
 omnium ignari, nec uitare sciunt tela, nec iacere, ideo
 que ~~conspicunt~~ neque aliorum qd quibus idem pugna-

capita absunt, nullus inspectore est. Satyris præter effigiem
nihil humani. Aegyptium quæ celebratur ea forma est.
Hæc de Africa.

Asia descriptio particularis. Cap. V.

S I A E Prima pars Ægyptus, inter Cata-
bathmō & Arabas, ab hoc litore penitus
immissa donec Æthiopiam dorso conti-
nat. ad meridiem refugit terra expersim
brium mire tamen fertilis, & hominum aliorumq;
animalium perfecunda generatrix. Nilus efficit am-
num in nostrum mare permeantium maximus. hic ex
desertis africæ missus nec statim navigari facilis, nec stat-
tim Nilus est, & cum diu simplex saususq; descendit,
arca Meroen late patentem insulam in Æthiopiam
diffunditur, alteraq; ex parte Astaboras, altera Stapus
dictus est. ubi rursus coit, ibi nomen hoc capit, inde par-
tum asper, partam nauigia patiens, in immanem lacum
deuenit, ex quo præcipiti impetu egressus est Tachenis
psò alteram insulam amplexus usq; ad Elephantidem
urbem Ægyptiam atrox adhuc feruensq; decurrit, tum
demum placidior, & iam penè nauigabilis, primum
iuxta Certorum oppidum triplex esse incipit, deinde
de iterumque diuisus ad Delta, & ad Melim per omni-
nem Ægyptum vagus atq; dispersus, septenq; ora in-
se scindens, singulis tamen grandis evoluitur, non pert-
rat autem tantum eam, sed æstiuo sydere exundans
etiam irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandū alē-

dumq; ut præter id, quod sunt piscibus, quo nippot
potamos crocodilosq; uastas belluas gignit, glebis etiā
infundat animas, ex ipaq; humo uitalia effingat, hoc eo
manifestum est, quod ubi sedamit diluui, ac se sibi redi
didit, per humentes campos quædam nondum perfecta
animalia, sed tum primum accipientia spiritum, & ex
parte iam formata, ex parte adhuc terrea uisuntur. cre
scit porrò, siue quod solutæ magnis astibus niues ex im
manibus Æthiopiæ iugis, largius q̄ ripis accipi queat,
defluunt, siue qd sol hyemis terris propior, & ob id fon
tem eius minuens tunc altius abit, sinitq; integrum, &
ut est plenissimus surgere, siue quod per ea tempora flæ
tes ethesiæ aut actas à septentrione in meridiem nubes,
super principia eius imbre præcipitant, aut uenienti ob
uix aduerso spiritu cursum descendentis impediunt, aut
arenis, quas cum fluctibus litori applicant, ostia obdu
cunt, fitq; maior, uel quod nihil ex semet amittit, uel qd
plus quam solet accipit, uel qd minus quam debet, emit
tit, quod si ē alter orbis, suntq; oppositi nobis à meridie.
Antichthones, ne illud quidem à uero nimium ascensem
rit, in illis terris ortum anneni, ubi subter maria cœco
alveo penetraverit, in nostris rursus emergere, & hac
re solsticio accrescere, quod tum hyenis sit, unde oritur,
alia quoq; in his terris mira sunt, in quodā lacu Chemi
nis insula lucos, sylvasq; & Apollinis grande sustinens
templum natat, & quocunq; uenti agunt, pellitur, Py
ramides tricenum pedum lapidibus extructæ, quarum
maxima (tres namq; sunt) quatuor ferè soli iugera, quæ
sedem occupat, totidem in altitudinem erigitur. Mæris
aliuando campus nunc lacus uiginti millia passuum

En arcanitu patens, altior quam ad nauigandū magnis,
 onus tisq; nauibus satis est. Psammetichi opus labiryn-
 thus domos mille & regias duodecim ppermo parietis
 ambitu amplexus marmore extructus, ac tectus, unū i-
 se descensum habet, intus penē innumerabiles uias mul-
 tis ambiguibus huc & illuc remeantibus, sed continuo
 anfractu & saepereuocatis porticibus ancipites, quibus
 subinde alium super alios orbem agentibus, & subint-
 de tantum redeunte flexu, quantum processerat, mar-
 gno & inexplicabili tamen errore perplexus est. Cul-
 tores regionum multo aliter à ceteris agunt, mortuos si-
 mo oblitii plangunt, nec creniare, aut fodere fas putant,
 uerum arte medicatos intra penetralia collocant. Suis
 litteris peruerse utuntur, lutum inter manus, farinam
 calcibus subigunt. Forum ac negotia fœminæ, uiri pen-
 sa ac domos curant, onera illæ humeris, hi capitibus ac
 cipiunt, parentes, cum e genti, illis necesse est, his liberum
 est alere, cibos palam & extra sua testa capiunt, obsec-
 na intimis ædium reddunt, colunt effigies multorum
 animaliū, atq; ipsa magis animalia, sed alijs alia, adeo
 ut quedam eorum etiam per imprudentiam interemis-
 se capitale sit, & ubi morbo aut forte extincta sint, sepe
 lire ac lugere scilenne sit. Apis populorum omnium nu-
 men est, bos niger certis maculis insignis, & cauda lin-
 guaq; dissimilis aliorum, raro nascitur, nec coitu pecu-
 dis, ut aiunt, sed diuinitus & cœlesti igne conceptus,
 diesq; quo gignitur, genti maxime festus est. Ipsi uetus si-
 simi (ut prædicant) hominum trecentos & triginta rei-
 ges ante Amasim, & supra tredecim millium annorū
 ætates certis annalibus referunt, mādatumq; litteris fert.

uant, dum Ægyptij sunt quatuor cursus suos uertisse syde
ra, ac soleni bis iam occidisse, unde nunc oritur, uiginti
millia urbium Amasi regnante habitarunt, & nūc mul-
tas habitant, earum clarissimæ, procul à mari, Says,
Memphis, Syene, Bubastis. Elephatîn, & Thebæ utiq;
ut Homero dictum est, centum portas, siue, ut alij aiunt,
centum aulas habet, totidem olim principum domos,
solitasq; singulas ubi negotiorum exegerat, dena arma-
torum millia effundere. In litore Alexandria Africæ cō-
termina. Pelusium Arabiæ ipsas oras secat. Canopicū,
Volbiticum, Seueniticum, Pathmiticum, Mendesium,
Taniticum, Pelusiacum Nili hostia.

Arabie descriptio. Cap. VI.

a Rabia hinc ad rubrum mare pertinet,
sed illic magislæta & ditione, thure atque
odoribus abundat, hic nisi qua Casio mon-
te attollitur, plana & steriles portum ad-
mittit Aegyptum suarum mercium emporium. Qui in
altum abit adeo edita, ut ex summo uertice à quarta uig-
ilia orum solis ostentet.

f Yria late litora tenet, terrasq; etiam latius, in-
tronfus alijs, alijsque nuncupata nominibus,
nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, &
Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudea
& Sophone, hinc Palæstina est, qui tangit Arabas
cum Phœnice, & ubi se Cilicia committit. Antiochia
olim ac diu potens, sed cum eam regno Semiramis
tenuit longe potentissima, operibus certe eius insignia
multa sunt, duo maxime excellunt, constituta urbs

M. miræ magnitudinis Bab, Cn, ac siccis olim regionibus Euphrates & Tygris immissi, cæterum in Palæstina est ingens & munita admodum gæta, sic Persæ ærarium uocant, & inde nomē est, quod cum Cambyses armis Ægyptum peteret, hic bellum opes, & pecunianas in tulerat. Est non minor Ascalon, est Iope ante diluvium, ut ferunt, condita ubi Cephea regnasse eo signo accolæ affirmant, quod titulum eius fratrisq; Phinei ueteres quædam aræ cum religiōe plurima retinente, quin etiā rei celebratæ carminibus, ac fabulis, seruataq; à Perseo. Andromedæ clarum uestigium belluæ marinæ ossa immania ostentant.

Hænicen illustrauere Phœnices scleros hominum genus & ad belli, pacisq; munia eximium, litteras & litterarum operas, aliasque etiam artes, maria nauibus adire, classe configere, imperitare gentibus, regnum, præliumq; commenti. In ea est Tyros aliquando insula, nunc annexa terris deficit, quod ab impugnante quondam Alexandro iacta opera uici tenet ulteriora. & adhuc opulenta Sydon ante q; à Persis caperetur, maritimorum urbium maxima. ab ea ad promontorium Euprospon duo sunt oppida Byblos & Botrys, ultra tria fuerunt singulis inter se stadijs distantia, locus ex numero Tripolis dicitur, tum Simyra castellum, & urbs non obscura Marathos, inde iā non obliqua pelago, sed aduersa adiacens à terra grandem sinum inflexo tractu litoris accipit, populi dites circumfident, situs efficit, quia regio fertilis, crebris & nauigabilibus aliis fluminū peruia, diuersas opes maris atq; terrarum facili comertio permittat, ac miscet. In eo pris-

ma est reliqua pars Syriæ, qui Antiochiae cognomen
 additur, & in ora eius urbes Selenitia, Paltos, Berytos,
 Ladicea, Arados, amnesque inter eas eunt Lichos &
 Hipatos & Orôtes. Tum mons Amanus, & ab eo stari
 tim Myriandros & Cilices, at in recessu intimo locus
 est magni aliquando discriminis fusorū ab Alexandro
 Persarum, fugientisq; Darij spectator ac testis, nunc ne
 minima quidem tunc in genti urbe celebris Issos fuit, &
 hac resinus Issicus dicitur, procul inde Aminodes pro
 montorium inter Pyramum, Cydnūmq; fluuios iacet.
 Pyramus Iso prior Mallon præterfluit. Cydnus ultra p
 Tarsum exit, deinde urbs est olim à Rhodijs, Argivisq;
 post piratis, Pompeio assignante possessa, nunc Pōpeio
 polis, tūc Solœ. Iuxta in parvo tumulo Arañi poetæ mo
 numentū ideo referendum, qd ignotum, quā ob cāmias
 Etā in id saxa dissiliunt. Non longe hinc Coricos oppi
 dum portu, saloq; incingitur angusto tergore continentē
 adnexū. supra specus est nomine Corycius singulari i ge
 nio ac supra qd ut describi facile possit, eximius, grandi
 nanq; hiatu patens, montem litori appositum, & decē
 stadiorū cliuo satis arduū, ex summo statim uertice ape
 rit, tunc alte demissus, & quantum demittitur amplior
 uiret lucis pubētibus undiq; & totū se nemoroſo laterē
 orbe cōplectitur, adeo mirificus, ac pulcher, ut mentes
 accedentium primo aspectu p̄sternat, ubi contēplati du
 ramere, nō satiat, unus i eū descensus est angustus asper
 qngentorū & mille passūnū p̄ amēnas umbras & opa
 ca sylue qddam agreste resonantis, riuis hinc atq; illinc
 fluitatibus, ubi ad ima puentum est, rursus specus alter
 apit, ab alia dicendus, terret ingredientes sonitu cym

balorum diuinitus & magno fragore crepitantiū, deinde aliquādiu perspicuus, mox & quo magis subitur obscurior. dicit ausos penitus, alteq; quasi cuniculo admittit. ibi in gens annis in genti siōte se extollēs tantū nudo se ostēdit, & ubi magnū impetū breui alueo traxit, iterum demersus abscōditur. intra spatiū est magis q̄ ut progreedi q̄quam ausit horribile, & ideo icognitum. torus autem angustus & uere sacer, habitariq; à diis & dignus & creditus nihil non uenerabile et q̄si cum aliquo numine se ostentat. Alius ultra est, quē Typhonē uocant ore angusto, & nultum (ut expt̄ tradidere) pressus, & ob id assidua nocte suffusus, neq; uni quam p̄spici facilis, sed quia aliquando cubile Typhonis fuit, et quia nunc demissa in se confestim exanimat natura, fabulaq; memorandus. duo deinde pr̄cinctoria sunt Sarpedon finis aliquādo regni Sarpedonis, et qd Ciliciam à Pamphilia disiungit Anemuriū, iterq; ea Celenderis & Natidos Samior̄ coloniæ. sed Celerideris Sarpedoni propior. In Pamphilia est Melas nauigabilis fluuius, oppidū Sida, & alter fluuius Eurymetdon. magna apud eū Cydonis Atheniensiū ducis aduersus Phœnicas & Persas naualis pugna atq; uictoria fuit. mare, quo pugnatū est, ex edito admodū colle prospectat. Ajpendos, quam argui considerat, possede re finitimi. deinde aliij duo ualidissimi fluuij Oestros et Catheractes. Oestros nauigari facilis. hic q̄a se præcipitat, ita dictus. Inter eos Perga est oppidum, et Diana, quam ab oppido Pergeam uocant, templū. trās eos densus mons Sardemisos & Phaselis à Mopso condita finis Pamphiliæ. Lycia continuo cognominata à Lyco r̄eg. Nidia

inēs filio, atq; ut ferūt, infesta olim chimæra ignibus
Sydæ portu & Tauri promontorio grandem sinu claus
dit. Taurus ipse ab eois litoribus exurgens usque satis at
tollitur. deinde dextro latere ad septentrionem finisiro
ad meridiem uersus it in occidentem rectus & ppetuo
iugo, magnarumq; gentium, qua dorsum agit terminus.
ubi terras dirimit, exit in pelagus. idem autem et totus
ut dictus est, dicitur etiam qua spectat orientem. deinde
Hæmodes & Caucasus & Paropamisus, tum Caspiae
pilæ, Niphates, & Armeniae pilæ, & ubi iam nostra
maria contingit Taurus iterum. post eius promontorii
um flumen est Lymira, & eodem nomine ciuitas, at
q; ut multa oppida, sic præter pataram non illustria. il
lam nobilem facit delubrum Apollinis quondam opis
bus & orauli fide delphico simile. ultra est Xanthus
flumen, & Xanthos oppidum, mons Gragus, & quæ
Lyciam finit, urbs Telmises. Caria sequitur. habitatur
incertæ originis. alijs indigenas, sunt qui pelasgos, qui
dam Crætas existimant, genus usq; eo quondam armis
rum, pugnæq; amans, ut aliena etiam bella mercede
agerent. hic castella aliquot sunt deinde promontoria
duo Pedalion & Crya & secundū Calbin annē Cai
nus oppidum ualeudine habitantium infame. Inde
ad Alicarnasson hæc adiacent. Rhodiorum aliquot co
loniæ. portus duo Gelos, & cui ex urbe, quam ample
etitur, Thissamissa cognomen est. inter eos oppidum
Larumna & Pâlion collis in mare emissus. tū tres ex
ordine sinus Tymnias, Schenus, Bubessus, Tymniæ pro
motoriū Aphrodisiū ē Schenus ambit Hylā. Bubessus
Cynotū. Gnidus in cornu penè insulæ. interq; eā et ce

tanicum sinum in recesso posita Euthenæ. Alicarnassos Argiorum colonia est, & cui memoranda sit præter conditores, Mausoleum efficit regis Mausoli monimentum, unum de miraculis septem Artemisiae opus. trans Alicarnasson illa sunt litus Leuca. urbes, Mindus Aruanda, Neapolis. sinus Iasius, & basilicus. In Iaso est Bargylos. Post basilicum Ionia aliquot se ambagibus sinuat, & primum à Possideo promontorio inflexum inchoans cingit oraculum Apollinis dictum olim Branchidae, nunc Didymii. Miletum urbem quondam Ioniae totius belli, pacisq; artibus principem, patriam Thaleitis astrologi & Timothei musici, & Anaximandri physici, aliorumq; ciuium inclytis ingenii merito inclytam, utcunq; Ioniam uocant urbem Hyppin amnis Maeandri exiit. Lathmium montem Endymionis à luna, ut serunt adamari fabula nobilem. deinde rursus inflexa cingit urbem Prienen & Cesii fluminis ostium, moxq; ut maiore circuitu, ita plura complectitur. Ibi est Panionium sacra regio, & ob id eponomine appellata, quod eam communiter Iones colunt. ibi à fugitiuis, ut aiunt, condita, nomen famæ annuit Phrygia. Ibi Ephesus & Diana clarissimum templum, quod Amazones Asia potestate consecrasse traduntur. ibi Caystros amnis ibi Lebedos, Clarij; Apollinis fanum, quod Mantho Tiresiae filia fugiens uictores Thebanorum Epigonos, & Colophon, quam Mopsus eiusdem Manthos filius statuit ad promontorium, quo sinus clauditur. quod altera parte alium, quem Smyrnæum uocant, efficit angustisq; certi uicibus reliqua extendit in latius, abit in peninsulae faciem. super angustias hięc Ceos, illinc Claræ quæna. &

quia terga agunt confinio T̄ ex a mari diuersi, Ionis
bus diuersa maria prospicit. In ipsa peninsula est Co-
ryna. in sinu smyrnæ est Thermodon amnis, & urbs
Leuca. extra Phocis Ioniæ ultima proxima regio, ex
quo ab Aeolis in colicœpit, Aeolis facta, ante Myzia et
qua bosphorus attigit, Troianis possidentibus Tro-
as fuit. primam urbem à Myrino conditore Myrinā uo-
cant. sequentem Pelops statuit uicto Oenomao, reuersus
ex Græcia. Cymen nominauit, pulsis qui habitarat, dux
Amazonum Cymæ. supra Caicus inter Eleam deuiri-
rit & Pytanem illam, qua Arcesilam tulit nihil affi-
mantis academiæ clarissimum antistitem. tum in pro-
montorio est Canna oppidum, quod præteruectos sinus
excipit non parvus, sed longe ac molliter flexus, retrahensq;
paulatim oras usq; ad ima montis Idæ. is pri-
mo paruis urbibus aspersus est, quarum clarissima est,
Cistena, gremio interiore campus Theba nomine Adri-
metion, Austram, Teressam oppida, eodeni, quo dicta
sunt ordine, adiacentia continent. in altero latere Antæ-
drum, duplex causa nominis iactatur. alij Ascanium
Aeneæ filium, cum ibi regnaret, captum à Pelasgis ea se
redemisse cominemorant. alij ab ijs putant conditam,
quos ex Andro insula uis & seditio exegerat. Hinc hi
Antandrum quasi pro Andro, illi quasi pro uiro accipi-
uolunt. sequens tractus tangit Gargara & Asson Aeto-
lorum colonias. tum sinus alter alchæon lumen non lon-
ge ab Ilio litora incuruat urbe bello, excidioq;
clarissima. hic Sygeum fuit oppidum. hic Achiuorum fuit bel-
lantium statio. hic ab Ideo monte demissus Scamander
exit, et Simois, fama q; natura maiora flumina. ipse mōs

uerbi suarum certam h[ab]it[u]m iudicio Paridis memora
 tus. orientem solem aliter, q[uod] in alijs terris solet aspici,
 ostentat namq[ue] ex summo uertice eius speculantibus pe
 nè à media nocte sparsi ignes passim micare, & ut lux
 appropinquat, ita coire, ac se coniungere uidentur, dor
 nec magis, magisq[ue] collecti pauciores subinde, & una
 ad postremum flamma ardeat, ea cum diu clara et in
 cendio similis effulgit, cogit se ac rotundat, & fit ingens
 globus, diu is quoq[ue] grandis & terris adnexus appar
 ret, deinde paulatim decrescens, & quanto decrescit,
 eo clarior fugat nouissime noctem, & cum die iam sol
 factus, attollitur. extra sinum sunt rhetæa litora à Rhe
 tæo & Dardania claris urbibus, Aiacis tamen sepul
 chro maxime illustria. ab his fit archius mare, nec iam
 abluit terras, sed rursus dividens angusto Hellestöt fre
 to, litus obuum findit, facitq[ue] ut iterum terræ, qua fluit
 Latera sint. interius Bithyni sunt & Mariandyni. in
 ora graiae urbes Abydos & Lampsacum & Parion et
 Priapos. Abydos magni quondam amoris cōmertio
 insignis est. Lampsacum Phœcis appellantibus nomē
 ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras po
 tissimum tenderent, responsum erat ubi primum fulsis
 set, ibi sedem capescere. tum rursus fit apertius mare Pro
 pontis. In id Granicus effunditur, pugna, quæ primum
 inter Persas & Alexandrum fuit nobilis. trans amnē
 sedet in cœrvice peninsulæ cœticum, nomen cœticus indi
 dit, quem à Minyis imprudentibus, cum Colchos pete
 rent fusum acie, cœsumq[ue] accepimus. post Plagea et S
 dace parux Pelasgorum colonia, quibus à tergo immi
 net mons Olympus, ut in plæ uocant, Mysus, is flumen

Rhyndacum in quæ sequuntur emitit. circa angues
 nascuntur immanes, neq; ob magnitudinem modo, sed
 ob id etiam mirabiles, quod ubi in alveum eius, astus,
 sclemq; fugerunt, emerunt atq; hiant, superuolantesq;
 aues, quāuis alte & perniciter ferantur, absorbēt. trās
 Rhyndacum est Daschylos, & quam Colophonij col-
 locauere, Myrlea. duos sunt inde modici sinus, alter sine
 nomine Cion amplectitur Phrygiae band longe iacētis
 opportunissimum emporiū, alter Olbianos in promon-
 torio fert Neptuni fanū, in gremio Astacon à Megarefi-
 bus conditam. deinde priores terræ iterum iacent, exitu
 riq; in pontum pelagi canalis angustior. Europam ab
 Asia stadijs qnq; disternat Thracius ut dictū est, Bos-
 phorus. Ipsi in faucibus oppidum in ore templū est.
 oppidi nomen Chalcedon. author Archias Megarefin
 princeps, templi numen Iupiter conditore Iasone. hic iā
 sese in gens pōtus aperit, nisi qua promontoria sunt, hic
 atq; illuc longo, rectoq; limite extēsus sinuatus cetera.
 sed qa contra minus q ad lauam & dextram abscessit
 mollibusq; fastigijs, donec angustos utrinq; angulos fa-
 ciat, inflectitur, ad formā scythici arcus maxime inur-
 us, brevis, atrox, nebulosus raris stationibus, nō molli
 neq; arenoso circumdatus litore, uicinus aquilonibus, et
 quia non profundus est, fluctuosus atq; feruens, olim ex
 colentium sauo admodū ingenio Axenus, post cōmer-
 tio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus dē-
 fūs Euxinus. In eo primum Mariandyni urbēi ha-
 bitant ab arguo, ut ferunt, Hercule datam. Heraclæa
 uocatur. id famæ fidem adiecit. iuxta specus est Achæ-
 rus. immanes, ut aiunt, pernius, atque inde extra-

sum Cerberum existimant. tum Fios oppidum, Miles
 siorum quidem colonia, sed iam scilicet gentisq; Paphlagonum,
 quorum in litoribus penè medijs promontori
 um est Carambis, citra Parthenius amnis. urbes Sesas
 mus & Cromna, & à Cithisoro Phryxi filio posita Cy
 thoros. tum Cinobus, & Coliris, & que Paphlagoni
 am finit, Armene. Chalibes proximi clarissimas habet
 Amyzon & Synopen cynici Diogenis patriam, amnes
 Alyn, & Thermodontia. secundum Alynurbs est Ly
 casto. à Thermodontie campus. In eo fuit Themysirum
 oppidum. fuere & Amazonum castra, ideo Amazoi
 num vocant. Tabereni Chalybas attingunt, quibus in
 risu, luxuq; summum bonum est. Ultra Carabin Mos
 sinæci turres ligneas subeunt, notis corpus omne perfic
 gnant. pro patulo uescuntur, promiscue concubunt, et
 palam reges suffragio deligunt, vinculisq; & arctissi
 ma custodia tenent, atq; ubi vulpam præue, quid impe
 rando ineruere, inedia diei totius afficiunt, cæterū aspe
 ri, inculti, pernoxiij appulsis. deinde minus feriuerum
 & hi in conditis moribus Macrocephali, Discheri, Bu
 zedi. rarae urbes. Cerasus et Trapezus maxime illustres.
 Inde his locus est, ubi finem ductus à bosphoro tractus
 accipit, atq; inde se in sinum aduersi litoris flexus at
 tollens angustissimum ponti facit angulum. Hic sunt
 Colchi, hinc Phasis erumpit. hic eodem nomine, quo
 amnis est Themistagora Milesio deductum oppidum,
 hic Phryxit templum, & lucus, fabula ueterere pellis au
 reæ nobilis. Hinc orti montes longo se iugo et donec Ri
 pheis coniungantur, exponrigunt, qui altera parte ī Eu
 xinum & Macrida & Tanai, altera in casco pe

lagus obuersi Cerauni dicuntur. ijdem aliubi. Thauri
 c. Moschi. Amazonici. Caspij. Caraxici. Caucas, ut at
 lijs alijs ue appositi gentibus, ita alijs alijsq; dicti nomi-
 nibus. At in primo flexu iam curui litoris oppidum
 est, quod græci mercatores constituisse, & quia, cum cæ-
 ca tempestate agerentur, ignaris quæ terra esset, cygni
 uox notam dederat, Cygnum appellasse dicuntur. Re-
 liqua eius feræ, incultæq; gentes uasto mari assidentes
 tenent. Melanchlani terestria. Sex sclicæ. coraxi. Pthi-
 rophagi. Hæniochi. Chæi. Tercetici, etiam in confinio
 Mæotidis Syndones. In Hæniochorum finibus Dioscor-
 rias à Castore & Pollice pontum cum Iasone ingresso-
 sis. Syndos in Syndonum finibus ab ipsis terrarum cul-
 toribus condita est, obliqua tunc regio, & in latum mo-
 dice patens, inter pontum paludemq; ad bosphorum ex-
 currit, quam duobus alueis in lacum & in mare pro-
 fluens Corocondamam penè insulam reddit. quatuor
 urbes ibi sunt Hermonassa, Cepo, Ephaganoria, & in
 ipsa ore Cimmerium, hac ingressos lacus accipit longe
 lateq; diffusus. Qua terras tangit incurvo circundatus
 litore, qua mari propior est, nisi ubi aperitur, quasi mar-
 gine obductus citra magnitudinem propè ponto simi-
 lis. oram, quæ à bosphoro ad Tanain usq; deflectitur
 Mæotici incolunt Thorectæ, Arichi Phicores & ostio
 fluminis proximi Laxamatæ. apud eos easdem artes fœ-
 minæ, quas viri exercent, adeout ne militia quidem ua-
 cent. viri pedibus inharent, sagittisq; depugnant, illæ
 equestre prælium ineunt. nec ferro dimicant, sed quos
 laqueis intercepere, trahendo conficiunt. nubunt tamè,
 uerius ut nubiles habeantur, non in ætate modus est.

nisi quæ hostem interemere uirgines manent. Ipse Tar
 nais ex Riphœo monte deiectus adeo præceps ruit, ut cū
 vicina flumina, tum mæotis & bosphorus, tum pontū
 aliqua brumal i rigore durentur, solus astus hyememq;
 iuxta ferens, ideni semper & sublimis, incitatusq; dei
 currat, ripas eius Sauromatæ & ripis hærentia possi
 dent, una gens, aliquot populi & aliquot nomina, pri
 mi mæotici. Gyneco Cratimene regna Amazonum fœl
 cundos, pabulo, at alia steriles, nudosq; campos tenent.
 Budini, Geloni urbem ligneam habitant iuxta Thissai
 getæ, Turcæq; vastas sylvas occupant, alunturq; uenāt
 do tum continuis rupibus late aspera, & deserta regio
 ad Riphœos usq; permititur, his iustissimi mores, pro
 domibus nemora, alimenta baccæ, & maribus & fœl
 minis nuda sunt capita, sacra itaq; habetur, adeoq; ipsos
 nemo de tam feris gentibus uiolat, ut alijs quoq; ad eos
 configisse pro asylo sit Ultra surgit mons Riphœus, ub
 traq; eum iacet ora quæ spectat oceanum.

POMPONII MELAE LV

BER SECUNDVS.

Caput. I.

Si et in nostrum mare, Tanainq; uergentis,
 quem dixi finis, ac situs est, ac per eius
 deni amnem in Maeotida reueantibus
 ad dextram Europe, modo sinistraliter
 in nauigantium apposita, ac Rhineis
 montibus proxima, et hoc enim continent, cadi-
 tes assiduo niues, adeo inuia efficiunt, ut ultra ne nisum
 quidem incedentium admittant, deinde est regio ditis
 admodum, soli inhabitalis tamen, quia gryphi saui
 et ptinax ferarum genus, auro terra penitus egestum
 mire amant, mireque custodiunt, et sunt infesti attingen-
 tibus. Hominum primi sunt Scythae, Scytharumq; queis
 singuli oculi esse dicuntur, Arimaspha ab eis Essedones
 usq; ad Maeotida, huius flexu Huges amnis secat, Agas-
 thirsi et Sauromatae ambiunt, qd pro sedibus planstra
 habet dicti Amaxobitae, obliqua tunc ad bosphorus pla-
 ga excurrens ponto, ac Maeotide includitur, in palude
 uergentia Satharchae tenent, in bosphorus cimmerica op-
 pida Myrmetion, Panticapeum, Theodosia, Hermisium. In
 Euxinum mare taurici, sup eos sinus portuosis, et ideo
 Χαλος λιμen appellatus, promontorijs duobus inclu-
 ditur, alterus Κεριον μετωπον vocant. Carabico, qd in
 Asia diximus, patet aduersum. Parthenion alterum op-
 pidum adiacet Cherronesus à Diana (si credatur) con-
 ditum et nympheo specu, qd in arce eius Nymphis sa-

eratum est, maxime illustre, subitum ripam mare, &
 donec quinq; millia passuum absit à Maeotide refugien-
 tia usq; subsequens litora, quæ Satarchæ & Taurici ter-
 nent peninsula reddit, quod inter paludem & sinū
 est, Taphræ noiatur. sinus Carcinites, in eo urbs est Car-
 cine, quam duo flumina Gerros et Hypacyris uno ostio
 effluentia attingunt, uerum diuersis fontibus, & aliun
 de delapsi. Nam Gerros inter Basilidas & Nomadas
 eucluitur, syluae deinde sunt, quas maximas hæ terræ fe-
 runt, & Panticapes, qui Nomadas, Georgosq; disterni-
 nant, terra, tum longe distanta excedens tenui radice li-
 tori adnectitur, post spatio modice paulatim scipafar-
 stigiat, & quasi in mucronem longa colligens, laterafa-
 cie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare po-
 ticum ingressus ibi ludicro certamine celebrasse uictori-
 am, & cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exer-
 tauisse memoratur, ideo dicta est d' eo μος αχιλλεως:
 tum Borysth:nes gentem sui nominis abluit, inter Scy-
 thiæ amnes amœnissimus turbidis alijs liquidissimus del-
 fluit, placidior q; catari, potariq; pulcherrimus. Alit laet-
 tissima fabula, magnosq; pisces, quibus & optimus sal-
 por, & nulla ossa sunt. Lōge uenit, ignotisq; ortus è fon-
 tibus, quadraginta dierum iter alueo stringit, tantoq;
 spatio nauigabilis secundum Borystenidam & Olbida-
 græca oppida egreditur. Calipidas Hypanis includit,
 ex grandi palude oritur, quam matrem eius accolæ ap-
 pellant, & diu qualis natus est, defluit, tantum non lō-
 ge à mari ex paruo fonte, cui ex Ampheo cognomen est,
 adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoq; iam sui dissu-
 milis, & non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus

intra Calipidas, Axiacasq; genau, nos ab Istris Tyr
 ra separat, surgit in Neuris, qua exit sui nominis oppi
 dum attingit. At ille, qui Scythiae populos à sequentibus
 dirimit, aperti in Germania fontibus, alio quām definit
 nomine, exoritur, nam per immania spacia magnar
 rum gentium diu Danubius est. Deinde aliter appellans
 tibus accolis Ister fit, accēptisq; aliquot annibus in gens
 iam, & eorum, qui in nostrum mare decidunt, tantum
 Nilo minor, totidem quo ille ostijs, sed tribus tenuibus,
 reliquis nauigabilibus effluit, ingenia, cultus' que gen
 tum differrunt. Essedones funera parentum lati & uit
 elimis ac festo coitu familiarum celebrant, corpora ipsa
 laniata & cæsis pecorum uisceribus immista epulando
 consumunt, capita ubi fabre expoliuere auro uincta pro
 poculis gerunt, hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima
 officia, Agathyrsi ora, artus' que pingunt, ut quique ma
 ioribus præstant, ita magis uel minus, ceterum ijs dens
 omnes notis, & sic, ut ablui nequeant. Sarmatæ auri,
 argentiq; maximarum pestium ignari, uice rerum com
 mercia exercent, atq; ob saea hyemis admodum assit
 due demersis in humum sedibus, specus aut suffossa ha
 bitant, totum braccati corpus, & nisi qua uident etiam
 oras esti. Tauri Iphygeniae & Orestis aduentu maxis
 me memorati, immanes sunt moribus, immanemq; fas
 mam habent, solere prouictimis aduenas cædere. Basili
 dijs ab Hercule, & Echidna generis principia sunt, mo
 res regij, arma tantum sagittæ. Vagi Nomades pecor
 rum pabula sequuntur, atq; ut illa pecorum durant, ita
 diu statam sedem agunt, colunt georgi, exercentq; agros.
 Axiacæ furari quid sit ignorant, ideoq; nec sua cufa-

M. T. E L A E

diuni, nec aliena contingat, interius habitantium ritus
asperior, & inutilior regio est, bella, cedesq; amant,
mosq; est bellantibus cruentem eius, quem primum in-
teremerunt, ipsis è vulneribus eibere, ut quisq; plures
interemerit, ita apud eos habetur eximius caterum ex-
pertem esse cædis inter opprobria, vel maximum, nefæ-
dera quidem incruenta sunt, saudant se, qui paciscuntur,
exemptumq; sanguinem ubi permiscent, degustant, id
putant mensura fidei pignus certissimum. In aperulas,
quot quisq; interficerit, referre latissima & frequenassis-
ma mentio, binisq; poculis, qui plurimos retinere, peri-
potatis, inter loquentes bonos præcipuus est, pocula ut
Esedones parentum, ita inimicissimorum caputibus exi-
polunt, apud Antropophagos ipsæ etiam epulae viscera-
bus humanis apparantur. Geloni bofium cutibus equos,
seq; uelant, illos reliqui corporis, se caputum. Melanclanis
atra uestis & ex ea nomen, Neuris statum singulis tem-
pus est, quo si uelint in lupos iterumq; in eos qui fuere,
mutentur. Mars omnium deus. Ei pro simulachris enses
& tentoria dedicant, hominesq; pro uictimis feriunt, ter-
ræ late patent, & ob excedentia ripas suas plerumq; flu-
mina, nusquam non ad pabula fertiles, alicubi usq; adeo
steriles ad cætera, ut qui habitant lignorum egentes,
ignes ossibus alant, his Thracia proxima est, eaq; à pon-
tici lateris fronte usq; in Illyricos penitus immissa, quala
terra agit Istro, pelagoq; contingit, Regio nec cælo
læta nec solo, & nisi qua mari propior est, infœcunda,
frigida, eorumq; que feruntur maligne admodum pa-
tiens, raro usquam pomiferam arborem, uitem frequent-
tius tolerat, sed nec eius quidem fructus maturat, ac mi-

agat, nisi ubi frigora obiecta frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad speciem tamen nam et illis asper atque indecent corporum habitus est, ceterum ad ferociam et numerum, ut multi, immiteisque sint, maxime ferax, percos amnes, qui in Pelagus euadant, uerum celeberrimos, Hebrum et Neston Strymona emitunt, montes interior attollit Hæmon et Rhodopen et Oribelon sacris Liberi patris, et coem Mænadum Orpheo primum initiante celebratos, e quen Hæmus in tantum altitudinis abit ut Euxinum, et Adriam ex summo uertice effundat, una gens Thraces habitant, alijs, alijsque praediti et nominibus et moribus, quidam feri sunt, et ad mortem paratissimi, Ceteraque, id uaria opinio perficit, alijs reddituras putant animas obeuntium, alijs, et si non redeant, non extinguitamen, sed ad beatiora transire, alijs emori quidem, sed id melius esse quam uiuere, itaque lugentur apud quosdam puerperia, natiisque deflentur, funera contra festa sunt, et ueluti sacra, cantu, lusuque celebrentur, ne foeminitas audiens segnis est animus super mortuorum uiironum corpora interfici, simulque sepeliri, uotum eximum habent, et quia plures simul singulis nuptiis sunt, cuius id sit decus apud iudicaturos magno certamine affectant, moribus datur, est que maxime latum, cum in hoc contendunt, uincere, mœrent alijs uocibus, et cum acerbissimis planciibus efferunt at quibus consolari eos animus est, arma, opesque ad rogos deferunt, parati, ut difficiant, cum fato iacentis, si deuri in manus uel pacisci, uel decernere, ubi nec pugnae nec pecunia locus sit, manentesque dominas proci. Nummæ Virgines non a parentibus uiris traduntur,

M. T. E. L. E.

sed publice aut locantur auctoindæ, aut ueneunt, utrum
sit ex specie & moribus causa est, probæ, formosæq;
in pretio sunt, cæteras qui habent mercede queruntur,
uini usus quibusdam ignotus est, epulantibus tamen ubi
superignes, quos circumcidunt, quedam semina ingesta
sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit, in li
toribus istro proxima est Istropolis, deinde à Milesiis
deducta Calatis, & Tritonice, & portus Caria, & Ti
ristris promontorium, quod præter ruedos alter ponti an
gulus accipit, aduersus Phasiacos, & nisi amplior fo
ret, similis fuit. Hic Bizeone mons terræ intercidit, est por
tus Crunos, urbes Dionysiopolis, Oddessos, Messembria,
Anchialos & intimo in sinu, atq; ubi pontus alterum
suiflexum angulo finit, magna Apollonia, recta dehinc
ora, nisi quod media fermè in promontoriū, quod Thini
niam vocant, exit, & incurvis contra se litoribus obten
ditur, urbesq; sustinet Halmideson, & Philam et Phinoi
polim, hactenus pontus, deinde est Bosphorus, & Pro
pontis, in Bosphoro Byzantium, in Propontide Selym
bria, Perinthus, Bathynis, Amnesq; qui interfluent, Er
ginus, & Atyras, tum Rheso regnata quondam pars Thra
cia, & Bisaltæ Samiorum, & ingens aliquando Cypse
la. Post locus, quem Grai μακρὸν τὰ χός appellant,
& in radice magnæ peninsulæ sedes Lysimachia, terra,
quæ sequitur nusquam lata, atq; hic arctissima inter Hel
lespontum, & gemmam procurrit. angustias Isthmon, froni
tem eius Mastisiam totam Chersonesum appellant, ob
multa memorabile est. In ea flumē & gos naufragio clas
sis atticæ insigne, est & Abydo obiacens Sestos Leandri
amore pernobilis, est & regio, in qua Persarum exercitū

sus diuisas spatio, pelagoq; Teras, datus pontus Ponti ge
 re, mirum atq; ingens facinus, ex Asia in Græciam pe
 des & non nauigata maria transgressus est, sunt Prothe
 filai ossa consecrata delubro, est & portas Cœlos Athes
 niensibus & Lacedæmonijs nauali acie decernentibus,
 Laconicæ classis signatus excidio, est Cynoßema tumu
 lis Heubæ, sive ex figura canis, in quam conuersa tra
 ditur, sive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine
 ne accepto, est deinde Mathios, est Helleus, quæ finit
 Hellefponsum, Ægeum statim Pelagis uaste longum
 litus impellit, summotasq; terras hinc ad promontoriū,
 quod Sunium vocatur, magno ambitu, molliq; circum
 agit, eius tractum legentibus, præiectisq; Mastuſiam
 tum sinus intransus est, qui alterum Chersones filum ab
 luens, iugo Phaciæ uallis includitur, & ex fluo, quem
 accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur, Alopeco
 nesum, & in altero Isthmi litore sitam Cardiam, eximia
 est Ænos ab Æneaprofugo condita, circa Hebrum Cico
 nes, trans eundem Doriscos, ubi Xersem copias suas,
 quia numero non poterat, spatio mensum ferunt, deinceps
 de promontorium Serium, ex quo canentem Orpheam se
 uita narrantur nemora. Zone, cum Scenos fluius, &
 ripa eius adiacens Maronia, regio ulterior Dionedem tur
 lit immanibus equis mandendos solium obiectare ad
 uenas, & iisdem ab Hercule obiectum. Turris, quam
 Dionedis uocant, signum fabulæ remanet & urbs, quæ
 scrore eius suo nomine nominauit, Abdere, sed ea magis
 id memorandum habet, quod Democritum physicum
 tulit, quam quod ita condita est, ultra Nestos sinit. In
 ter que eum & Strymona urbes sunt, philippi Apollo

na, neapoli, mona & Athon autris Cas-
larnea, & portus Caprullon, urbs Acanthos & Oesyma,
inter, Athon & Pallene Celeona et Olynthos, Strymon,
sicut diximus, amnis est, longeque; orus & tenuis, alie-
nis subinde aquis fit amplior, & ubi non longe a mari
Lacum fecit, maiore quam uenerat, aliueo erumpit. Athos
mons est adeo elatus, ut credatur altius etiam quam unde
imbres cadunt, surgere, capit opinio fidem qui de aris,
quas in uertice sustinet non abluitur cinis, sed quo relinqu-
tur aggere manet, ceterum non promontorio, ut alijs,
uerum totus est, totoque; longe dorso procedit in Pelagus,
qua continentia adhaeret a Xerxe in graio stendente perfo-
sus, trans nauigatusque; & actus freto nauigabili peruius,
ima eius tenet parva Pelasgorum Coloniae, in summo
fuit oppidum Acroathon, in quo ut ferunt, dimidio
longior, quam in alijs terris etas habitantium erat.
Pallene soli tam patentis, ut quinq; urbium sedes fit
atque ager, tota in altum abit, angusta satis unde inau-
pit, ibi est Potidaea, at ubi laxius patet, Mende, Scioi
neque; referenda, illa ab Heretris, haec ab Achiniis, ca-
pto illo reueantibus posita, tum Macedonum populi,
quod urbes habitant, quarum Pellam maxime illustrem
alumni efficiunt Philippus Gracia domitor, Alexan-
der etiam Asia in litore flexus Megybernaeus inter pro-
montoria diuidit Canastreum est portum qui Copos dici-
tur, Urbes Toronem et physcellam, atque unde ipsi nomen
est Megybernam incingit, canastreo promontorio scione
proxima est. Megybernaeus autem sinus in medio quadrata
dat gremium modice in litora ingreditur, cetero logis
in altu innmissis lateribus ingens inter maria sinus est, in

eum Axius per Macedoniam, ~~T~~omus per Thessalonice Peneus
 excurrit, ante Axium Thessalonice est, inter utrumq;
 Cassandria, Cydna, Aloros, Derris, à Peneo, Sepias, Co-
 rinthia, Melibœa, Castanea pares ad famam, nisi quod
 Philocetes alumnus Melibœam illuminat. Terræ inter-
 riores claris locorum nominibus insignes, penè nihil
 ignobile ferunt, hinc non longe est Olympus, hic Pelion,
 hic Ossa montes gigantum fabula, belloq; memorati, hic
 nusarum parens, domusq; Pieria, hic nouissime calcatū
 graio Herculi solum, saltus Oetaeus, hic sacro nemore no-
 bilia Tempe, hic Libetra, carminumq; fontes obiacent,
 tum iam uaste & mulsum prominens Græcia, & dum
 Myrthoum Pelagus attingat, à septentrione in meridiē
 uesta, qua sol oritur Ægeis, qua occidit Ionijs fluctibus
 obiacet, ac proxime spaciofa, & Hellas nomine grandi
 fronte procedit, mox mari utroq; & Ionio magis latere
 eius intrante donec, quinq; millia passuum pateat media
 fermè propè inadiuit. Deinde rursum terris huc se & il-
 luc uerum in Ionium mare magis expandentibus, pro-
 gressisq; in altum, non tam lata q; cœperat, in genitamē
 iterum, & quasi peninsula extenditur, uocaturq; Pelopo-
 nesos, ob sinus & promontoria, quæ, ut fibris, litora
 eius incisa sunt, simul quod tenuitramite in latus effundi-
 tur, platani folio simillima. In Macedonia prima est Thes-
 salia deinde Magnesia, Phthiotis, Doris, Locris, Phocis,
 Bœotis, Atthis, Megaris, sed omniū Atthis clarissima, in
 Peloponeso Argolis, Laconice, Messania Achaia, Elis,
 Arcadia, ultra Etolia, Acarnania. Epiros usq; in Adriā,
 de locis atq; urbibus, quæ mare non abluit, hæc maxi-
 me memoranda sunt, in Thessalia, Larissa, aliquan-

do Iolos. In Magna, Attica, in Phthiotide Phthia
in Locride Cynos & Callicros, in Phocide, Delphi &
mons Parnassus, & Apollinis fanum atq; oraculum, in
Bœotia Thebae & Citharon fabulis, carminibusq; celeb-
errimus. in Attide Eleusin Cereri consecrata, & clari-
riores, quam ut indicari egeant, Athenæ, in Megaride,
unde regioni nomen est, Megara, ut in Argolide Argos
& Mycenæ, & templum Iunonis neustate & religio-
ne per celebre, in Laconide Terapne, Lacedæmon, Amy-
clæ, mons Taygetus, in Messenia Messinæ & Methone,
in Achaia atq; Elide quondam Pisæ Oenomai Elis &
numen delubrumq; Olympij Iouis certamine gymnis-
co & singulari sanctitate, ipso quidem tamen simulari
chro, quod Phidiæ opus est maxima nobile. Arcadiam
Peloponesiacæ gentes undiq; incingunt, in ea sunt ur-
bes Psophis & Tenia Orchomenos, montes Pholoe,
Cyllenius, Parthenius, Mænalus flumina, Erymanthus
& Ladon, in Ætolia Naupactos, in Acarnania Stra-
tos oppidum. In Epiro Dodonæi Iouis templum, &
fonsideo sacer, quod cum sit frigidus, & immersas fa-
ces (sicut cæteri) extinguat ubi sine igne procul admo-
uentur, accedit, at cum litora leguntur à promontorio
Sepiade per Demetriam & Boion & Pteleon & Echium
non ad Pagæcum finum cursus est, ille urbem Pagasam
amplexus amnem Sperchion accipit, & quia Minyæ
Colchida petentes inde argo nausem soluere, memoran-
tur, ab eo ad sunium tendentibus illa prænauiganda.
Maliacus & Opuntius grandes sinus, & in ijs cæsorū
etiam Laconum trophæa Therniopylæ opus, Scarphia
Enemides, Alope, Anteon, Larumnæ, Aulis Agamem-
non

noniae graiorumq; classis in Tigrani coniuratum fia
 tio. Marathon magnarum, multarumq; uirtutum ter
 ris, iam inde à Theseo persica maxima clade pernotus
 Ramnus parua illustris tamen quod in ea fanum est Am
 phiarai, & phidiaca Nemesis. Thoricos & Brauronis
 olim urbes, iam tantum nomina. Sunium promonto
 rium est, finitq; id litus Hellados, quod spectat ad orientem,
 inde ad meridiem terra conuertitur usq; ad Megara
 ram. Attice ut modo latere, ita nunc fronte pelago ad
 iacent, ibi est Piraeus Atheniensium portus. Scyronia sa
 x a saeo quondam Scyronis hospitio etiam nunc infas
 mia. Megarenseum tractus Isthmum attingit, hoc illi co
 gnomen est, quia quinq; millium spacio Aegaeum mare
 ab Ionio submersus, angusto tramite Helladi Peloponese
 son annectit, in eo est oppidum Cenbreæ, fanum Neptu
 ni. Ludi quos Isthmicos vocant celebres. Corinthos olim
 clara opibus, post clade notior, nunc Romana Colonia.
 ex summa arce, quam Acrocorinthon appellant, maria
 utræq; conuens, Peloponnesioram, sicut diximus, sinus
 et promontoria lacerant, ab oriente Bucephalos et Chers
 onefus & Scyleon, ad meridiem Malæa, Tanaros,
 Achrites, Ichis, ad uesperum Chelonates & Araxos,
 Habitant, ab Isthmo ad Scyleon Epidaurij Aesculapij
 templo incliti et Træzenij fide societatis atticæ illustres,
 Portus Saronicus & Schœnus, et Pagonus, oppida om
 tem Epidaurus & Træzen & Hermione his litoribus
 apposita sunt, inter Scyleon & Malæam Laconicus. in
 ter Tanaron & Acritam & Ichym Cyparissus in ar
 golico sunt noti amnes Erasinus atq; Inachus, & notum
 oppidum Lerne. In laconico Cithius & Eurotas, in ipso

Tanaro Neptuni temp[or]um, & specus illi, quem in Pon-
to Acherusium diximus, facie & fabula similis, in Afri-
neo flumen Pamisum, in Cyparissio Alpheus, nomen de-
dit urbs in litore sita, hinc Cyparissus, illinc Asine, Messe-
nij, Pylijq; terras colunt, & ipsa Pelago Pylos adiacet,
Cyllene Calipolis Patræ oram illam tenent, in quam
Chelonatas et Araxo excurrunt. sed Cyllene, quod Mer-
curium ibi natum arbitrantur, insignis, Rhion deinde,
maris id nomen est angustæ & uelut fretolacu[m] ore fre-
quenti incident, inter Etolos & Peloponesiacos usq[ue]; ad
Isthmon irrumpit, in eo ad septentrionem spectare litora
incipiunt, in his est Ægeon & Ægina & Olyros & si-
cyon ac in aduersis Pagæ, Creusis, Anticyra, Oeanthia,
Cyrrha & notior aliquanto noie Calydon & Euenos,
Extra Rhion in Acarnania maxime clara sunt oppidum
Leucas, flumen Achelous. In Epiro nihil bracio finu[n]
bilius est. Facit sinus qui angustis fauibus, et qua minus
mille passibus patet, grande Pelagus admittit, faciunt
urbes, quæ assident, Acciū, Argi, Amphilochis, Ambras-
cia Æacidarum regna, Pyrrhiq; Butroton ultra est, dein
de Cerauni montes, ab ijs flexus in Adriam, hoc Mare
magno recessu litorum accaptum, ei uaste quidem in lati-
tudinem patens, qua penetrat tamen usq[ue] Illyricis usq[ue]
Tergestum, cetera Gallicis, Italijq; gentibus cinguntur,
Parthenij & Dafarethæ prima eius tenent, sequentia
paulatim Enthellæ, Phœaces, deinde sunt, quos proi-
prie Illyricos uocant. tum Pyræi & Liburni & Istria, ut
biuum prima est Oricum, secunda Dyrachium Epidam-
nos ante erat, Romanii nomen mutauere, quia uelut in
damnum ituris omen id uisum est. vltra sunt Apollos

mis, Salone, Iadera, Nona, Trigarium, finis polonicus;
 Et Pola quondam à Colchis, ut ferunt, habitata, in
 quantum retransfunt, nunc Romana Colonia. Amnes
 autem Eas Et Nar, Et Danubius, qui iam dictus est
 Ister, sed Eas secundum Apolloniam. Nar inter Pyræ-
 os, Et Liburnos per Istros Ister emititur. Tergeste intimo
 in sinu Adriæ suum finit Illyricum.

Italia descriptio.

Caput. II.

d

E Italia magis quis ordo exigit, quam quia
 monstrari eget, pauca dicentur, nota sunt
 omnia, ab Alpibus incipit in alium exce-
 dere, atq; (ut procedit) semidia perpetuo

A pennini iugo montis attollens inter Adriacum et Thu-
 scum sive (ut aliter eadem appellantur) inter superum
 mare Et infernum excurrit diu solidâ, uerum ubi longe
 abit, in duo cornua scinditur, respicitq; altero fuscum
 Pelagus, altero Ionium, tota angusta, Et alicubi multo
 quam unde coepit, angustior, interiora eius alia aliaeque
 gentes, sinistram partem Carni, Et veneti colunt togatā
 Galliam, cum Italicī populi Picentes Frētani, Dānni, Ap-
 puli, Calabri, Salētāni, ad dextram sive sub Alpibus Li-
 gures Sub Apēnino Hetruria, post Latium, Volci Cam-
 pani Et super Lucaniam Brutij, urbium, quæ procul à
 mari, habitantur, opulentissimæ sunt ad sinistram Patar-
 ium Antenoris, Mutina Et Bononia Romanorum Ce-
 loniæ, ad dextram Capua à Thuscis, Et Roma quon-
 dam à pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur,
 alterum opus. At in oris proxima est à Tergeste Coni-

POMP. MELÆ
cordia. interfluit Timanus nouē capitibus exurgens uno
ostio emissus, deinde Natis non longe à mari ditem at-
tingit Aquileam, ultra est altinum, superiora late occu-
pat litora Padus. Namq; ab imis radicibus Vesuli mon-
tis exortus, paruis se primum fontibus colligit, & aliqua
tenus exilis ac macer, mox alijs amnibus adeo angescit
atq; alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat.
Vnum de his magnum Padum appellant, inde tam ci-
tus profilit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit, un-
dam agat. suumq; etiam in mari alueum seruet, donec
eum ex aduerso liture Istriæ eodē impetu profluens Ister
amnis excipiat, hacre per ea loca nauigantibus, qua
utring; amnes eunt, inter marinas aquas dulcium han-
stus est, à Pado ad Anconam transiit Ravenna, Ariu-
minum, Pisaurum, Fanestris Colonia, fluuen Metaurus
atq; Ehis, & illa in angusto illorum duorum promont-
toriorum ex diverso coeuntium inflexi cubiti imagine se-
dens, & ideo à gravis dicta Ancona, inter gallicas, Italicasq;
gentes quasi terminus interest, hæc enim prægressos
Piceni litora excipiunt, in quibus Numana Potentia Cli-
terna, Cupra urbes, castella autem Firmum, Adria, Tru-
tinum, Id ei fluvio, qui præterit, nomen est. ab eo Sena
gallia maritima Aterni fluminis ostia, urbes Bucara &
Histonum. Dauni autem Tifernum amnem Clatern-
iam, Lucrinum, Theanum oppida montemq; Garga-
num, sinus est continuo Apulolitore inunctus nomine
Urias modicus spatio, pleriq; asper accessu, extra Syl-
pnum, uel, ut gray dixerit, Sipyus, & flumen, quod
Canusium attingens, Aufidum appellant, post Barium
et Egnatia et Ennio cive nobiles Rudiæ, & in Calabria

Brundifium. Valenum Lubye Idrus mons, tum Salentini campi, t Salentina litora, & urbs graia Gallipolis, hucusq; Adria, hucusq; Italiae latus alterum pertinet. frons eius in duo quidem se cornua, sicut supra diximus, scindit. ceterum mare, quod inter utraq; admirat tenuibus promontorijs semel iterumq; distinguens, nō uno margine circuit nec diffusum patensq; sed per sinus recipit, primus Tarentinus dicatur inter promontoria, Salen, & Lacinium. In eoq; sunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Crot, Turium, secundus Scyllacius inter promontoria Lacinium & Zephirium, in quo est Petilia, Corinthus, Scyllaceum. Misrae, tertius inter Zephirium & Bruium, Consentiam, Cauloniam, Locrosq; circundat, in Bruto sunt columnare regia Rhegium, Scylla, Taurianum & Metaurum, hinc in thuscum mare deflectus est, & eiusdem terrae latus alterum Terina Hippo nunc Vibon, Temesa, Campeia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinuri olim phrygij gubernatoris, nunc loci nonen, Pæstanus sinus. Pæstum oppidum. Silarus amnis. Picentia, Petræ, quas Syrenes habitauere. Minerua promontorium, omnia Lucania loca, sinus puteolanus. Surrentum, Herculaneum, Vesuvij montis aspectus, Pompej Neapolis, Puteoli, Lacus lucrinus & auernus Baiae, Misenum, id nunc loci aliquando Phrigij militis nonen, Cumæ Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. Amœna Campaniae litora, sinuessa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Terracina. Circes dominus aliquando Cyrceij, Antium, Aphrodisium, Ardea Laurentum ofia citra Tyberim in hoc latere sunt, ultra Pyrgi, Anio, Castrum nouum, Grausca, Cossa, Te-

Iamon, Populonia, Cecina Pise hecruſca & loca &
nomina. Deinde Luna Ligurum, & Liguria, & Ge-
nua, & Sabatia, et Albigaunum cum Paulon et Varum
flumina utraq; ab Alpibus delapsa, sed Varum, quia Ita-
liam finit, aliquanto notius, Alpes ipſæ ab ijs litoribus
longe, lateq; diffusæ primo ad septentrionem magno gra-
du exurrerunt, deinde ubi Germaniam attigerunt uero
imperiu in orientem abeunt, diremptis populis immanni-
bus usq; in Thraciam penetrant.

Galliae descriptio. Caput. III.

Allia Lemano lacu & Cebennicis monti-
bus in duo litora diuisa, atq; altero Thu-
scum Pelagus attingens, altero Oceanum,
hinc à Vario illinc à Rheno ad Pyrenæum
usq; promittitur, pars nostro mari apposita fuit, aliquan-
do Braccata, nunc Narbonensis, magis culta & magis
confita, ideoq; etiam lætior, urbium, quas habet opule-
tissimæ sunt Vasio Vocuntorum, Vienna Allobrogum,
Auenio, Canarum, Areconicorum, Nemousus, Tolosa,
Tello sagum secundanorum, Arausio sextanorum, Are-
late septimanorumq; Bæteræ, sed Antestationis Atacino-
rum, Decimanorumq; Colonia, unde olim ijs terris an-
xilium fuit nunc & nomen et decus est Martius narbo,
in litoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca,
cæterum rari urbes, quia rari portus, & omnis plagi
auro, atq; Africo exposita est, Nicæa tangit Alpes, tan-
git oppidum Deceanum, tangit Antipolis, deinde effor-
um Iulij Octavianorum Colonia, tunc posse Ath-

nopolim, & Olbiam, & Glanon & Citharistes et Halycidon Massiliensium portus, & in eo ipsa Massilia, hæc à Phœcœis oriunda, & olim inter asperas posita, nunc ut pacatis ita dissimilata tamen vicina gentibus, mirum quod facile & nunc sedem alienam cœperit et adhuc morem suum teneat, inter eam est Rhodanum maritima Austrorum stagno assidet fossa mariana, partem eius amnis nauigabilis alveo effundit, alioquin litus ignobile est lapideum, ut vocant in quo Herculem contra Albiorum Bergion Neptuni liberos dimicantem, cum tela defecissent, ab invocato Iove adiutum imbre Lapidum ferebant, credas pluissè, adeo nulù passim & late iacent. Rhodanus non longe ab Istri, Rheniq; fontibus surgit, deinde Lemano Lacu accipit tenet impetum, sedq; per medium integer agens quantus uenit, egrediatur et inde contra in occidentem ablatu[m] aliquadio Gallias dirimit, post cursu in meridiē abducto hac intrat, accessuq; aliorum amnium iam grandis & subinde grandior, inter Volcas & Caucras emittitur, ultra sunt stagna Volcae. Ledum flumē, castellum Latara, Mœsa collis in aëstus mari penè undiq; ac nisi quod angusto aggere continēti annectitur insula, tum ex Gebenis demissus Araviris iuxta Agatam secundum Bleteras orbis fuit. Atax ex Pyreneo monte digressus, qua uia fontis aquis uenit exiguis, uadusq; & iam ingenis alioquin aliueit tenens, nisi ubi Narbone attingit, nusquam nauigabilis, sed cum hybernari inuenit imbris, unde eò solitus insurgere, ut seipse non capiat. Locus accipit eum Rubresus nomine spatiofus admodum, sed quia mare admittit, tenuis adiuu, ultra est Leucata litoris nomen, et Salsulae fons non dulcibus aqua des

fluens, sed saltioribus etiam q̄ marinæ sunt, iuxta campanias minuta arundine, graciliq; peruiridis, cæterum fastigio subeunte suspensus, id manifestat media pars eius, quæ abscissa proximis ripis uelut insula natat, pelliq; se atq; attrahi patitur, quin & ex ijs, quæ ad imum perfossa sunt, suffusum mare ostenditur, unde grauis, nostrisq; etiam authoribus uerine ignorantia, an prudenteribus etiam mendacij libidine uisum est tradere posteris, in ea regione piscem è terra penitus erui, quod ubi ex alto hucusq; penetrauit, per ea foramina istu captantium imperfectus extrahitur, inde est ora sardonum, & parua flumina Thelis et Thicis, ubi accreuerere, immania fiunt, Colonia Ruscino, uicus Eliberri magna quondam urbis & magnarum opum tenui uestigium. Tum inter pylorus et promontoria portus Veneris est finu salso & Cauria locus, finis Galliae.

Hispaniæ descriptio. Caput. IIII.

p Yrenæus primo hinc in Britannicum procurrit oceanum, tum inter terras fronte conuersus Hispaniam irrumpit, & minore eius parte ad dexteram exclusa, trahit perpetua latera continuus per omnem, donec prouincia longo limite immisus in ea litora, quæ occidentis sunt aduersa, perueniat ipsa Hispania, nisi qua Gallias tangit, pelago undiq; incincta est, ubi illis adhæret maximus angusta, paulatim se in nostrum & oceanum mare extedit, magis magisq; latior ad occidentem abit, ac fit ibi latissima uiris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auroq;

am

Et tam abundans, et adeo fertilis, ut sicuti ob penuriam aquarum effeta, et sui dissimilis est, linum tamen aut spartum alat. Tribus autem est distincta nominibus, parsq; eius Tarragonensis, pars Baetica, pars Lusitania vocatur. Tarragonensis altero capite Gallias, altero Baeticam Lusitaniamq; contingens, mari latera obiicit nostro, qua meridiem, qua septentrionem spectat Oceano, illas fluvius Andes separat, et ideo Baetica Maria utraq; prospicit, ad occidentem Atlanticum ad meridiem nostrum, Lusitania Oceano tantummodo obiecta est, sed late ad septentriones, fronte ad occasum. Urbium de mediterraneis in Tarragonensi clarissimae fuerunt Pallantia et Numantia, nunc est Cæsar Augusta, in Lusitania, Emerita, i Baetica, Astigi, Ipalis, Corduba, at si litora legas, Aceruaria proxima est rupes, quæ in alium Pyrenæum extrudit, dein Thicis flumen ad Rhodam Clodihamnum ad emporia, tum mons Iouis, cuius parti occidenti aduersam eminentiam canticum habet, quæ inter exiguas spaciæ, ut gradu subinde consurgunt, scalas Annibalis appellant, inde ad Tarragonem parua sunt oppida Blanda, Illuro, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi, parua flumina Bettulo iuxta Iouis montem Rubricatum in Brachino nis litori inter Subur et Telobin maius Tarraco. Urbs est in his oris maritimorum opulentissima Tulcis, eam modicus amnis super ingens Iberus deorsum attingit, inde se in terras Pelagus insinuat, et primum magno impetu admissum, mox in duos sinus promontorio, quod Ferrarium vocant, dividitur, prior sucronensis dicitur maiorq; ac mego satis ore Pelagus accipiens, et quo magis penetratur, angustior. Sorobin et Due,

riam & sucronem non magna excipit flumina. vrbes
 complexus & alias quidem, sed notissimas Valentiam
 & Saguntum, illam sive hanc aerumnis inclytam, se-
 quens Ilicitanus Alonem habet & Lucentiam, & unde
 de eius nomen est Ilicen, hic iam terrae magis in altum eunt,
 latioremq; & fuerat Hispaniam faciunt, uerum ab ijs
 quae dicta sunt, ad principia Bæticae præter Carthaginæ,
 quam dux Poenorum Asdrubal condidit, nihil referent
 dum est, in illis oris nobilia sunt oppida, & quorum
 mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi, in sinum,
 quem Virgitanum vocant, extra Abdela, suel, Hexi, Me-
 noba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbesul, aperit deinceps
 de angustissimum Pelagus, & proxima inter se Euro-
 pæ, atq; Africæ litora montes efficiunt, ut initio dixi
 mus, Columnæ Herculis Abyla & Calpes, uterque qui
 dem, sed Calpes magis et penè totis in mare prominens,
 is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat
 occasum, medium ferè latus aperit, atq; inde ingressus
 totus admodum perius, propè quantum patet sinus,
 & specus ultra est in eoq; Cartheia, ut quidam putant,
 aliquando Tartessos. & quam transuecti ex Africæ Phœ-
 nice habitant, atq; unde nos sumus, Cingenteratum,
 Mellaria, & Bello & Besipho usq; ad Iunonis promon-
 torium oram freti occupat, illud iam in occidentem &
 Oceanum obliquo iugo excurrens, atq; ei quod in Afri-
 cam Ampelusiam esse dixeramus aduersum, quæ nostra
 Maria sunt, finit Europen. Gades insula, quæ egressis fre-
 tum obvia est, admonet ante reliquas dicere quām in
 Oceani litora, terrarumq; circuitum, ut initio promi-
 sumus, oratio excedat. Panæ sunt in Maestide, inde

enim uidetur commodissimum incepere, neq; omnes tamen insolunur, nam nec pabula quidem large ferunt, bacre habitantibus airo magnū piscium scle siccata, & in puluerem usq; contusa pro farre est, parua & in Ponto, Leuce Boristhenis ostio obiecta parua admodum, & quod ibi Achilles situs est, & chillea cognomine, non longe accolitur Aria quæ Marti sacrata, ut fabulis traditur, tulit aves cum summa clade aduenientium pennas quasi telaiaculantes. Sex sunt inter Istri ostia. Ex ijs Penae notissima & maxima, Thinnias Mariandynorum sibis proxima urbem habet, quā quia Bithyni incolūt, Bithynida appellant, contra Thracium Bosphorum duæ paruae, paruoq; distantes spatio, & aliquando creditæ, dictæq; concurrere, & Cyaneæ vocantur & Symplegades. In Propontide tantum proconsos habitatur, extra Helleponitum earum, quæ Asiaticis regionibus adiacent, clarissimæ sunt Tenedos, s geis aduersa litoribus, & quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quidam dicunt pataure μακάρων, siue quod fortunati admodum cœli, soliq; sunt, siue quod eis suo suorumq; regno Macar occupauerat, in Troade Lesbos, & in ea quinq; olim oppida Antissa, Pyrrha, Eressos, Ciranda, Mithilene, in Ionia Chios & Samos, in Caria, Cos, in Lycia Rhodos, in illis singulæ sunt iisdem nominibus urbes, in Rhodo tres quondam erant Lindos, Canuros, Ialybos, que contra Tauri promontorium importune nauigantibus obiacent. Celidonia nominantur, in sinu, quem maximum Asia recipit, propè media Cypros, ad ortum, occasumq; se immittens re, etiugo inter Ciliciam, Syriae que porrigitur ingens.

ut quæ aliquando nouem regna cœperit & nunc aliquot
urbes ferat, quarum clarissimæ Salamis & Paphos,
& quo primum ex mari venerem egressam accolæ af-
firmant, Palæpaphos, Arados etiam in Phœnico est pari-
ua, & quantum patet, tota oppidum frequens tamen
quia etiam super aliena tecta sedem ponere licet, parua,
& Canopos Nili ostio, quod Canopicum vocant, obvia
est, "Menelai gubernator Canobus ibi forte moriens noi-
men insulæ, illâ ostio dedit. Pharos Alexandriæ nunc pô-
te coniungitur, olim, ut Homericò carmine proditum est,
ab eisdem oris cursu diei totius abducta, et si ita res fuit,
uideri potest conjectantibus in tantum mutata rei cau-
fas Nilum præbuisse, dum limum subinde, & præcipue
cum exundaret, litori adnectens, auget terras, spatumq;
augescientium in uianauada promouet, in Africa conu-
tra maiorem Syrtim Culetos, contra minoris promon-
toria Meninx, & Cercinna, contra Carthaginis sinum
Tarichia & Ægates Romana clade memorabiles, plu-
res Europæ litoribus sunt appositæ, in Ægeo mari proi-
pè Thraciam Thasos, Imbros, Samothrace, Scandile, Pou-
lyagos, Scyatos, Halonesos, & quâ aliquando oibus, qui
mares erant cæsis, tantum fœminæ tenuisse dicuntur Atho-
monti Lemnos aduersa Pegasus sinus, scyathon prospic-
cit, Scinison amplectitur Eubœa ad meridiem promon-
tiorum Gereston & Caphaream, ad septentrionem Cam-
num extrudit, & nusquam lata duum millium spatum
habet, ubi arctissima est. Cæterum longa, totiq; Boœotia
apposita, angusto freto distat à litore, Euripon vocant,
rapidum mare & alterno cursu septies die, ac septies no-
ste fluctibus inuicem uersis, adeo immodice fluens, ut ué-

et se etiam ac plena uentis uanigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida Hestaea, Eretria, Pyrrha Neso, Oechalia, Verum opulentissima Carystos & Chalcis. In Attide Helene est nota simpro Helenæ, & salamis excidio classis Persicæ notior circa Peloponese in etiam nunc in Ageo Phithiusa, & Aegina Epidauricolo triproxima, Troezenio Calauria iter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis, in Myrthoo Cythera contra Maleam Enessa, & Teganiusa contra Acritam, in Ionio Protheyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, & inter non ignobiles, vlyssis nomine Ithaca maxime illustris, in Epiro Echinades, & olim Plotæ nunc Strophades contra Ambracium sinum Leucadia, & uicina Adriaco Mari Corcyra, hæ Thracium Graiorum que terris obiacent, at interius Melos, Olearos, Aegina, Cethon, Ios, Therea, Gyaros, Hippuris, Donissa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Nisyros, Lebynthos, Calydnæ, Asinæ, hæ quia dispersæ sunt Sporades. Ab eis Sicynus, Hipanos, Sipanos, Seriphos, Anea, Paros, Syros, Tenos, Myconos, Naxos, Delos, Andros, quia in orbem iacent, Cyclades dictæ sunt supereasiam in medio mari ingens & centum quondam urbibus habitata Crete ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem κείτου μέτωπον immittit, nisi maior esset, Cypro similis, multis famigerata fabulis aduentu Europæ, Pasiphaes, & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate, fatuq; Dædalio operibus & fuga, tum statione atq; morte, maxime tñ eo quod ibi sepultæ Louis penè claræ uestigium sepulchrū, cui nomen eius insculptum esse accolæ ostendunt, urbium notissimæ Gnoſſus, Cortina, Lyctos, Lycastos, Holopy

POMP. MELAE
zos, Pæstos, Cydon, Marathusa, Distina inter colles; quod
ibi nimirum Iouem accipimus, finia Idai montis excel-
lit, iuxta è Asticla, Naulachos, Zephire, Chrise, Gaudos
et quas Musagorus numero tres uno tamen uocabulo
appellant, atq; unde Carpathio mari cognomen est, Car-
pathos. In Adria Abscros, Celaduse, Absyrtis, Issa Tincor-
nes, Hidria, Elecrides, Nigra Corcyra, Tragurium,
Diomedia, Æstria, Afine, atque ut Alexandria, ita
Brundusio adiacens Pharos.

Siciliæ descriptio. Caput V.

Iælia (ut frunt) aliquando continens, et
agro Brutio annixa, post fretum maris Sici-
lii abscissa est. Id angustum, et anceps ali-
terno cursu, modo in Tuscum, modo in Io-
nium pelagus perfluit, atrox sauum et Scyllæ, Carybi
disq; sauis nominibus inclytum. Scylla saxum est, Cha-
rybdis mare. Vtrumq; noxiū appulſis, ipsa ingens et
tribus promontorij in diversa prouerrens græcae litteræ
imaginem, quæ delta dicitur, efficit. Pachynum uocatur,
quod Græciam spectat. Lilybaum, quod in Africâ. Pelo-
rum, quod in Italiam uergens Scyllæ aduersum est, causa
nominis Pelorus gubernator ab Annibale ibidem condit-
us, quem idem uir profugus ex Africa, ac p ea loca Syria
petens, q a procul intuenti videbatur continua esse litora,
etnō periuū pelagus, proditū se arbitratus occiderat. Ab
eo ad Pachynū ora quæ extēditur Ioniū mare attingens
hæc fert illustria, Messanam, Tauromenii, Catinum,
Megarida, Syracusas et in his mirabilē Arethusam, fons

est, in quo uisuntur iacta in Alpheum amnem, ut diximus. Peloponesiacoliti infusum, unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria. terraque depressus, buc agere alueum, atque hic se rursus extollere, inter Parthenium & Lilybaum & Agragam est, & Heracleam & Therme, inter Lilybaum & Pelorida, Panormus, & Imera, interius uero Leontini & Centuripinum & Hibla, aliisque complures. famam habet ob Cæreris templerum Aetna præcipua montium Erix maxime memoratur, ob delubrum Veneris ab Aenea conditum, et Aetna, quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat, de omnibus inerare referendus, quia in media admodum ortus in diuersa decurrit, scindensque eam utrinque, alio ore in Lybicam, alio in Thuscum mare deuenit. Circa Siciliam in siculo freto est Aeneae, quam Calypso habitasse dicitur. Africam versus Gavlos, Melita, Cosura, proprius Italiam Galata, & illæ septem, quas Aoli appllant, Ostrodes, Lepara, Heratea, Didyma, Phœnicussa, Ericussa, Aetna perpetuo flagrat igne. Hiera & Strongile & Pithecussa, Leucothea, Aenaria, Sidonia, Caprea, Prochita, Pontiae, Pandatoria, Sinonia, Parmaria Italico lateri citra Tyberinam ostia iacent, ultra aliquot sunt paruae Dianium, Igrium, Carbania, Gorgona, Ilua, Capraria, duæ grandes, fretoque diuisæ hetrusco Corsica & Sardinia, quarum Corsica litoripropior inter latera tenuis, longa præterquam ubi aperta & mariæ coloniae sunt, à barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, nisi quod in occidentem que in orientem angustius spes estat, par & quadrata undique & nusquam non alius quanto spatiösior, quam ubi longissima est Corsica, ceterum

fertilis & soli quam cœli melioris, atq; ut fœcunda, ita
penè pestilens, in ea antiquissimi populorum sunt illie-
ses urbium antiquissimæ Calaris, & sulci, at in Gallia,
quas referre conueniat, solæ sunt Sibæcades, ab ora Li-
gurum ad Massiliam usq; dispersæ Baleares in Hispani-
a, contra terraconensi litora sitæ non longe inter se di-
stant, & ex spatio sui cognoni inibus acceptis maiores,
minoresq; perhibentur, Castella sunt in minoribus Lam-
no & Mago, in maioribus palma & potentia Coloniae.
Ebusos erigejone promontorij, quod in Sucronensi sinu
Ferrariam vocant, eodem nomine urbeni habet, frumen-
tis tantum non fœcunda, ad alia largior, & omnium
animalium, quæ nocent, adeo expers, ut nec ea quidem
qua de agrestibus mitia sunt, aut generet, aut si inuecta
sunt sustineat, contra est Colubraria, cuius meminisse suc-
currit, quod cum scateat nulto ac malefico genere serpen-
tum, & sit ideo inhabitabilis, tamen ingressi eam intra
id spacium, quod Ebusitana humo circum signauerunt, si-
ne pernicie & tua est ijsdem illis serpentibus qui solent
obuios appetere, aspectum eius pulueris aliud' ue, quod
uerius, procul & cum pauore fugientibus.

POMPONII MELÆ LI

BER TERTIVS.

Descriptio circuitus Oceano Mari cincti. Caput. I.

Ista est ora nostri maris, dictæ insulae, quas amplectitur, restat ille circuitus, quem, ut initio diximus, cincit Oceanus, ingens & infinitum Pelagus & magnis aestibus conatur, ita enim motus eius appellant, modo inundat campos, modo late nudat ac refugit, nunc alios, aliosq; inuicem, neq; alterius accessibus, nunc in hos, nunc in illos impetu uersum, sed ubi in omnia litora, quanvis diuersa sint terrarum insularumq; in medio pariter effusum est, rursus ab illis colligitur in medium & in semetipsum reddit, tanta ui semper immisum, ut uasta etiam fluminare retro agat, & aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat, neq; adhuc j... cognitum est an helitiue suo id mundus efficiat, retrahamq; cum spiritu regerat undam undiq; si, ut doctioribus placet, unum animal est, an fint depresso aliquis specie, quo reciproca maria residant, atq; unde se rursus exuberantia attollant, an Luna consas tantis meatibus prebeat, ad ortus certe eius, occasusq; uariantur, neq; eodem assidue tempore, sed ut illa surgit, ac demergitur, ita rescedere atq; aduentare comperimus, huc egressos, sequentesq; ea, quæ ex euntibus dextra sunt, aequor Atlanticum & ora Bætica frontis excipit, quæc nisi quod semel

iterumq; paululum in seinet abducitur) usq; ad fluminum
 Anam penè recta est. Turduli & Bastuli habitant, in
 proximo sinu portus est, quem Gaditanum, & Lucas
 quem Oleasirum appellant, cum castellum Ebora in li-
 tore, & procul à litore Asta colonia, extra lunonis aræ
 templumq; est. In ipso mari monimentum Geryonis sco-
 pulo magis, quam insula impositam. Basis ex terracor-
 nensi regione demissus, per hanc ferè medium diu sicut
 nascitur, uno amne decunxit, post ubi non longe à mari
 grandem lacum fecit, quasi ex uno fonte geminus exor-
 ritur, quantusq; simplici alueo uenerat, tamen singulis
 effluit, tum sinus alter usq; ad finem prouinciae inflecti-
 tur, eūq; parua oppida Olingi, Ossonoba contingunt,
 at Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat.
 primum ingenii impetu in altum abit, deinde resilit
 ac se magis etiam q; Baetica abducit, qua prominet bis
 in semet recepto mari in tria promontoria dispergitur.
 Anæ proximum, quia lata sede procurrens paulatim se,
 ac sua latra fastigiat. Cuneus ager dicitur, sequens sa-
 crum uocant, magnum quod ulterius est. In Cuneo sunt
 Mytilis Balsa Ossonoba. In sacro Lacobriga, & portus
 Annibalis, in magno Ebora, Sinus intersunt, & est in
 proximo Salacia. in altero Ulyssipo, et Tagi ostium am-
 nis aurum, gemmasq; generantis, ab ijs promontorijs
 ad illam partem, quæ recessit, in gens flexus aperitur, in
 eoq; sunt Turduli ueteres, Turdulorumq; oppida, ami-
 nes autem in medium ferè. Munda ultimi promontorijs
 latus effluens, & radices eiusdem abluiens Durius frons
 illa aliquandiu rectam ripam habet, deinde modico fle-
 xu accepto mox paulum eminet, cum reducta iterum, ite

iumq; recta margine iacens ad promontorium, quod
 Celticum vocamus, extenditur, totam Celtici colunt, sed
 à Durio ad flexum Croni fluuntq; per eos Auo Celatus
 Næbis Minius, & cui obliuionis cognomen est, Limia,
 flexus ipse Lambriacam urbem amplexus recipit flumis
 oslæros, et illam partem, quæ prominet, Præsamarchi ha-
 bitant, perq; eos Tamaris & Sars, flumina non lunge or-
 ta decurrunt. Tamaris secundum Ebora pontum. Sars
 iuxta turrem Augusti titulo memorabilem, cætera super
 Tamarici, Herijq; incolunt in eo tractu ultimi, hactenus
 enim ad occidentem uersa litora pertinent, deinde ad se-
 ptentriones toto latere terra conuertitur, à celtico promon-
 torio ad Scythicum usq; perpetua eius ora, nisi ubi modi-
 ci recessus ac parua promontoria sunt, ad Cantabros per-
 nè recta est in ea primum Artabri sunt, & Lanarium
 celticæ gentis, deinde Astures, in Artabros sinus ore
 angusto, admistum mare, non angusto ambitu excipiens
 Adrobicam urbem & quatuor annuum ostia incingit.
 duo et inter accolentis ignobilia sunt, per alia duo mea-
 tus exit in Libunca. In Asturum liture Neogesta est oppi-
 dum, & tres aræ, quas Sestianas vocant in peninsula
 sedent, & sunt Augusti nomine sacræ illustrantq; terras
 ante ignobiles, at ab eo flumine, quod Saliam uocant,
 incipiunt oræ paulatim recedere, & latæ adhuc Hispaniæ
 magis magisq; spaciâ contrahere, usq; adeo semet
 & terras angustanib; ut earum reuin spaciun in-
 ter duo maria dimidio minus sit, qua Galliam tangunt
 q; ubi ad occidentem litus exponunt, tractum Cantab-
 bri & Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi,
 amnesq; sunt, sed quorum nomina nostro ore concipi-

nequeant, per eundem & Salenos, Saurium, per Autrigones & Origeniones quosdā Nesua descendit, et Deuī duplex Tricū Robolium attingit. & deinde Iturissam & Eascnem et Megrada. Varduli una gens hinc ad Pyrenæi iugum promontorii pinnens claudit Hispanias. Seguntur Galliæ latus alterum, cuius ora primo nihil progesa in altum, mox tantundem penè in Pelagus excedens, quantum retro Hispania abscesserat, Cantabricis fit aduersa terris, & grandi circuitu amplexa ad occidentē laetus aduerit, tunc ad septentriones conuersa iter & longo, rectoq; tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra est frumentū præcipue et pabuli ferax, et amœna lucis immannibus, q̄cqd ex satis frigoris impatiens est, & gre, nec ubiq; alit. Salubris & noxiō genere aī alium minime frequēs, gentes superbo, superfiiosé, aliquando etiam immanes, adeo ut hominem optimam et gratissimam dijs uictimā crederent, manent uestigia ueritatis iam oblité atq; ut ab ultimis cædibus temperant, ita nihilo minus ubi deuotas altaribus admouere, delibant, habent tamen & facundiam suam, magistrosq; sapientiæ Druidas, hi terra, num diq; magnitudinem & formam, motus coeli & syderū, ac quid dij uelint, scire profitentur, docent multa nobilissimos gentis clam & diu uicenis annis in specu, aut in abditis salabus. Vnum ex ijs, quæ præcipiunt, in uulgas effluit, uidelicet ut forent ad bella meliores æternas esse animas, uitamq; alteram ad manes, itaq; cum mortuos tremant ac defodiunt, apta uiuentibus olim negotiorum ratio; etiam & exactio creditū deferebatur ad inferos, erantq; qui se in rogos suorum uelut una uicturi libenter immitterent, regio, quam incolunt, omnis comata Cal-

lia, populorum triasumma nomina sunt, terminaturq; flu
 uis ingēibus, nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitaniam,
 ab eo ad Sequanum Celtæ, inde ad Rhenum pertinet
 Belgæ Aquitanorum clarissimi sunt Ausci, Celtarum He
 dui Belgarium Treueri, urbesq; opulentissimæ in Treueris
 Augusta. In Heduis, Augustudunum. In Auscis, Elusa
 berrim, Garumna ex Pyrenæo monte delapsus, nisi cum
 hyberno imbre aut solutis niuibus intumuit, diu uadofus
 Et uix nauigabilis fertur, at ubi obuius Oceani exestuan
 tis accessions aduertus est, isdem retro remeantibus su
 as, illiusq; aquas agit aliquantum plenior, et quāto ma
 gis procedit, eo latior fit, ad postremum magni fretissimæ
 lis, nec maiora tantum nauigia tolerat, uerum edam mo
 re Pelagi sanguinis exurgens iactat nauigantes atrociter
 utiq; si aliò euentus, aliò unda præcipitat. In eo est insu
 la Antros nomine, quam pendere et attolli aquis incre
 scensibus ideo incolæ existimant, qui ac cum videant edi
 tor, aquis obiacet, ubi se fluctus impletuit, illam operit,
 nec ut prius, tantu ambit, et quid ea quibus ante ripa col
 lesq; ne cernerentur obflitterant, nunc uelut ex loco superio
 re perspicua sunt, à Garumna exiit latus illud incipit ter
 ræ prouurrentis in Pelagus, et ora Cantabricis aduersa
 litoribus, alijs populis media sine habitantibus ab Santo
 nis ad Osismos usq; deflexa, ab illis enim idrum ad se
 ptentriona frons litorum respicit, pertinenteq; ad ultim
 os Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quam Ge
 foriacum uocant, quicquam habent nominis. Rhenus ab
 Alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit Vene
 tum et Acronum, mox diu solidus, et certo alueolat
 pus hanc procul à mari hic et illuc dispergitur. Sed

ad sinistrum amnis, etiamnum & donec effluat Rhēnus ad dexteram, primo angustus & sui similis, post rupes longe ac late recedentibus iam nō amnis, sed in gens lacus, ubi capo impleuit, Flexo dicitur, eiusdēq; nois ista amplexus fit iter arctior, iterumq; fluuius emititur.

Germaniae descriptio.

Cap. II.

Ermania bimcripis eius usq; ad Alpes,
g à meridie ipsis Alpibus, ab oriente Sar-
maticarum confinio gentium, qua septen-
trionē spectat, Oceanico litore obducta
est, qui habitant, immanes sunt animis, atq; corporibus
& ad insitam serietatem usque utraq; exercent bellando
animos, corpora ad consuetudines laborū, maxime frigori-
ra, nudi agunt, ante quam puberes sint, & longissima
apud eos puerita est, viri sagis uelantur, aut libris arbor-
um, quanvis saus byeme nandi non patientia tantum,
illis studium etiam est, bellacum finitimus gerunt, can-
fas eorum ex libidine accersunt, neq; imperitandi, proh-
latandijs quae possident, nam ne illa quidem enixecor-
lunt, sed ut circa ipsos, quae iacent uasta sint. Iwo in viril-
bus habent, adeo, ut ne latrocinijs quidem pudeat tantum
hos pitibus boni, mitesq; supplicibus, uictu ita asperius
culiq; ut cruda etiam carne uescantur, aut recentia, aut
cum rigentem in ipsis pecudum, ferarumq; corijs manib-
us pedibusq; subigendo renouarunt, terra ipsa multa
impedita fluminibus, multis montibus aspera, & mal-
gna ex parte syluis ac paludibus inuia, paludum, Sue-
cia, Metia, & Meliacum, maxima syluarum Hercynia,

Et aliquot sunt, quae nomen non habent, sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut maior alijs, ita & minor. Motuum altissimi Taurus & Rhetico, & alij quorum nomina uix est eloqui ore Romano, amnium in alias gentes exeventum Danubius et Rhodanus. In Rhenū Mœniis & Lutia. In Oceanum Amisus. Viurgis & Albis clariss. mē, super Albin Codanus in gens sinus magnis, parvisq; insulis refertus est. Acremare, quod gremio litotorum accipiat, nūl quam late patet, nec usq; quem mari simile, uerum aquis passim interfueribus, ac saepe transgressis uagum atq; diffusum, facie amnium spargitur, qua litora attinet ripis contentum insularum non longe distans, & ubiq; penē tandem, ut angustum & parfretu, curvansq; subinde se longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cymbri & Teutoni, ultraultimi Germanie Hermiones. Sarmatia intus, quam ad mare latior ab ijs quae sequuntur, visula amne discreta, quare tro abit usq; ad Istrum flumen immittit, gens habitu, armisq; Partica proxima, uerum ut Cœli asperioris ita ingenij, non se urbibus tenent, & ne statis quidem sedibus, ut inuitauere pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res, opesque secum trahens semper castra habitat bellatrix, libera indomita, & usque adeo immanis atque atroc, ut fœminæ etiam cum uiris bella incedant, atque ut habiles sint, natu statim dextera aduritur in armis, inde expedita in iectus macrone, quæ exercitatur, virile fit pectus, arcus tendere, equitare, uenari, pueraria pensa sunt, ferire hostem acutiarum stipendiwm est, adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur, sic que eis pœna virginitatis nota, inde Afiae confinia, nisi

ubi perpetuae hyemis sedent, & intolerabilis rigor, Scyti
 thici populi incolunt, ferè omnes etiam in unum Sagae
 appellata. In Asiatico litore primi Hiperborei super Aqui
 loneni, Ripheosq; montes sub ipso syderum cardine iacent,
 ubi sol nō quotidie ut nobis, sed primum uerno aequo
 noctio exortus, autumnali denum occidit, & ideo sex
 mensibus dies, & totidem alijs nox usq; continua est, tanta
 angusta, apriæ, per se fertilis, cultores iustissimi, &
 diutius, quam ulli mortalium & beatius uiuunt, quippe
 festo semper ocio leti, non bella nouere, non iurgia, sacris
 operati maxime Apollinis, quorum primitias Delon misse
 initio per uirgines suas, deinde per populos, subin
 de tradentes ulterioribus, moremque eum diu, & donec
 uitio gentium turbatus est, seruasse referuntur, habitant
 lucos, sylvasq;, & ubi eos uiuendi societas magisq;
 diu cœpit, hilares redimitti fertis semetipsi in pelagi
 guse ex certa rupe præcipitiant, id eis funus eximium
 est, mare Caspium, ut angusto, ita longo etiam fredo pri
 mum terras quasi fluxus irrumpit, atq; ubi recto alioe
 influxit, in tres sinus diffunditur, contra os ipsum Hyrcanum,
 ad sinistram in Scythicum, ad dexteram in eum,
 quem proprie & toto nominis Caspium appellant,
 omne atrocæ suum sine portibus, procellis undiq; expo
 situm, ac belluis magis quam cætera refertum, et ideo nus
 naviabile, ad intrucentium dextram Scythæ No
 mades freti litoribus insident. Intus sunt ad Caspium su
 num Caspij & Amazones, sed quas Sauromatidas ap
 pellant, ad Hyrcanum Albani, & Moschi, & Hyrcani
 in Scythico Amerdi & Persici, etiam ad fretum Bu
 brices, multa in eo sinu magni, paruiq; amnes fiunt;

sed qui famam habent, ex Ceraunis montibus uno alveo
 descendit, duobus exit in Caspium Araxes Tauri late-
 re demissus quoad campos Armeniae secat, labitur placio-
 dus & silens, neq; in utram partem eat, quanquam ino-
 tuearis, manifestus, cum in asperiora deuenit hinc atq;
 illinc rupibus pressus & quanto angustior, tanto magis
 pernix, frangit se subinde ad opposita caudum, atq; ob
 id ingenti cum murmure, sonansq; deuoluitur adeo ari-
 cus, ut quae præcipiti casurus est in subiecta non decliv-
 it statim unda, sed ultra q; canalem habet, euehat plus
 ingeris spatio sublimis, & aquis pendentibus semetip-
 sum sine alveo ferens, deinde ubi incurvus, arcuatoque
 amne descendit, fit tranquillus, iterumq; per campos tan-
 citus & uix fluens, in id litus elabitur Cyrus & Cam-
 byses ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi,
 & in diversa abeunt, perq; Iberas & Hyrcanos diu &
 multum distantibus alveis defluunt, post non longe a
 mari eodem lacu accepti in Hyrcanum sinum uno ore
 perueniunt. Laxartes et Oxos per deserta Scythiae ex Sog-
 dianorum regionibus in Scythicum exerunt. Ille suo fons
 te grandis, hic incursu aliorum grandior, & aliquandiu
 ad occasum ab oriente occurrens iuxta Daas primum in-
 flebitur, cursuq; ad septentrionem conuerso inter Amat-
 dos & Persicas apertus, Sylue alia quoq; dira animalia
 uerum & Tigres ferunt, utiq; Hyrcaniae, sauum
 ferarum genus, & usq; eopernix, ut illis longe quoq;
 progressum equitem consequi, nec tantum semel, sed alii
 quoties etiam, cursu unde cæperit, subinde repetito, solitu-
 & facile fit, causa ex eo est, quod ubi ille interceptos ea-
 tum catulos citius coepit auehere, & rabiem appropin-

Pomp.

e

quantum frustratus astu, unum de pluribus omittit,
 hæ projectum accipiunt, & ad cubilia sua referunt, rur
 sumq; & sapientia remeant, atq; idem efficiunt, donec ad
 frequentiora quam adire audeant, profugus raptor euai
 dat, ultra Caspium sinum quidnam esset, ambiguum
 aliquandiu fuit, idem ne Oceanus, an tellus infesta fru
 goribus sine ambitu, ac sine fine projecto, sed præter physi
 cos, Homerumq;, qui uniuersum orbem mari circumfui
 sum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior autho
 ritate, sic certior, testim autem rei Q. Metellum Cele
 rem adiicit, eumq; ita retulisse commemorat. Cum Gal
 lie proconsul præcesset, Indos quosdam à rege Sueorum
 dono sibi datos. Vnde in eas terras deuenissent requiren
 do cognosse, ut tempestatum ex indicis & quoribus abrei
 ptos, emensosq;, quæ intererant, tandem in Germania & li
 tora exiisse, restat ergo Pelagus, sed reliqua lateris eius
 dem assiduo gelu durantur, & ideo deserta sunt, his oris,
 quas angulo Bæticae adhucusq; perstrinximus, multa
 ignobiles insulae, & sine nominibus etiam adiacent, sed
 earum, quas præterire non libeat, Gades fretum attingit,
 eaq; à continentia angusto spatio, & uelutè flumine abscl
 sa, qua terris propior est penè rectam ripam agit, qua
 Oceanum spectat, duobus promontorijs enecta in ali
 tum, medium litus abducit, fit fert in altero cornu eiusdem
 nominis urbem opulentam, in altero teniplum Ægyptij
 Herculis, conditoribus, religione, uenustate, opibus illu
 stre. Tirijs condidere, cur sanctum sit, ossa eius ibi sita es
 ciunt, annorum quis manet numerus abiliaca tempesta
 te principia sunt, opes tempus aluit. In Lusitania En
 thia, quam Gerione habitatam accæpimus, aliaeq; sim

teris nominibus, adeo agri fertiles, ut cum semel sata frumenta sint, subinde recidiuis seminibus segetem nouantibus, septem minimum, interdum plures etiam messes ferant, in Celtacis aliquot sunt, quas, quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiteridas appellant. Sena in Britanico mari ofinicis aduersa litoribus. Gallici numinis oraculo insignis est, viuis antistites perpetua virginitate sancte numero nouem esse traduntur. Gallicenras vocant, putantq; in genijs singularibus praeditas, maria ac uentos concitare carminibus, seq; in quæ uelint animalia ueterare, sanare, quæ apud alios insanabilia sunt, scire uentus &c prædicare, sed non nisi dedita nautigantibus, & in id tantum, ut se consulerent profectis.

Britaniæ descriptio.

Caput. III.

b

Ritania qualis sit, qualesq; progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur, quippe tamdiu clausam aperit ecce printcipium maximus, nec indomitatum modo ante se, uerum ignatarum quoque gentium uictor, propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaratus portat, cæterum ut adhuc habuimus, inter septentrionem, occidentemq; projecta grandi angulo Rheni ostia prospicit, deinde obliquare retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans, tum rursus perpetuo margine directi litoris ab tergo se abdustra, iterum se in diuersos angulos cuneat triquetra, & Siciliæ maxime similis, plana, ingens fœcunda, uerum ijs, quæ pecora, quam homines benignius

e ij

POMP. MELÆ

elata, fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina alter
 eis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, &
 quædam gemmas, margaritasq; generantia, fert popu
 los, regesq; populorum, sed sunt inculti omnes, atq; ut
 longius à continentâ absunt, ita aliarum opum magis
 ègnari, tantum pecore ac finibus dites incertum ob de
 corem, an quid aliud, ulro corpora infecti. Causas au
 tem bellorum & bella conerahunt, ac sic frequenter inui
 cem infestant, maxime imperitandi cupidine, studioque
 ea prolatandi, quæ possident, dimicant non equitatu ma
 do aut pedite, uerum & bigis & urribus gallice armatâ.
 Connivens uocant, quorum falcatis axibus utuntur,
 super Britaniam Ibernia est, penè par spacio, sed utrinq;
 æqualis, tractu litorium oblonga, cœli ad maturanda
 semina iniqui, uerum adeo luxuriosa herbis non latet
 modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecor
 ea impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta
 dissiliant, cultores eius inconditi sunt, & omnium uir
 entu ignari, magisq; aliæ gentes, aliquatenus tamè gnari,
 pietatis admodum expertes, triginta sunt Orcades ant
 gustis inter se deductæ spatijs, septem Homodes contra
 Germaniam uectæ in illo finis, quem Codanum dixi
 mus, ex ijs Codanonia, quum adhuc Teutoni tenent, &
 ut fœcunditate alias, ita magnitudine antestat, quæ Sar
 matis aduersa sunt ob alternos accessus, recursusq; pelagi
 , & quod spacia quies distant modo operiuntur uni
 dis, modo nudasunt, alias insulæ uidentur, alias una &
 continens tera. In his esse Oonas, qui ouis animal palu
 strium, & amnis tantum alantur, esse equinis pedibus
 Hippopodas, & Satmalos, quibus magna aures, &

ad ambiendum corpus omne patulae, nudis alioquin pro-
uecti sunt præterquam quod fabulis traditur, authores
etiam, quos sequi non pugeat, inuenio. Thyle Belgarum
litori apposita est, grauis et nostris celebrata carminibus,
in ea quod sol longe occasurus exurget, breues utiq; no-
tites sunt, sed per hyemem, sicut alibi obscuræ, & estate lus-
cidæ, quod per id tempus iam se altius euehens, quanq;
ipse non cernatur, uicino tamen splendore proxime illus-
trat, per solstium uero nullæ, quod tum iam manifestis
or non fulgore modo, sed sui quoq; partem maximam os-
tentat, Talge in Caspio mari sine culu fertilis, omni frui-
ge ac fructibus abundans. Sed uicini populi, quæ gignu-
nt attingere nefas, & pro sacrilegio habent, dijs parate
existimantes, dijsq; seruanda, aliquot & in ijsorès, quas
desertas diximus, & que deserte adiacent, quas sine prorijs
nominibus Scythicas uocant, ab ijs in eorum recursus in-
flectitur, inq; oram terræ spectantis orientem pertinet,
hæc à Scythico promontorio apposita primum omnes
obnives inuia est, deinde ob immanitatem habitantium
inculta. Scythæ sunt Androphagi, & Sagæ distincti
regione, quia feris scatet, inhabibili, uasta deinde iter
rum loca belluæ infestant, usq; ad montem mariimmine-
rem nomine Thabin, lōge ab eo, Taurus attollitur. Seres
enter sunt genus plenum iustitiae & commerci, quod
rebus in solitudine relicitis absens peragit.

INDIÆ DESCRIPTIO.

CAPVT. IIII.

Otissima India non eoo tantum ap-
 posita pelago, sed & quod ad mer-
 ridiem spectans indicum diximus,
 & hinc Tauri iugis ad occiden-
 tem indefinita, tantum spaciūm lū-
 toris occupat, quantum per sexau-
 ginta dies, noctes que uelificantibus cursus est, ita mul-
 tum à nostris abducta regionibus, ut in aliqua par-
 te eius neuter septentrio appareat, aliter que quam
 in alijs oris umbræ rerum ad meridiem iacent. Cœter-
 um fertilis, & uario genere hominum aliorumq;
 animalium scatet, alit formicas non minus maximas
 canibus, quas more gryphorum aurum penitus ege-
 stum, cum summa pernicie attingentium custodire com-
 memorant. Immanes & serpentes aliqui ut Elephan-
 tes morfu atque ambitu corporis afficiant, tam pini-
 guis alicubi & tam feracis soli, ut in eam mella
 frondibus defluant. Lanas syluae ferant, arundinem
 scissa intermodia, uelutinauitas binos & quadam
 ternos etiam uehant, cultorum habitus mores que dissi-
 miles, lino alij uestiuntur, aut lanis, quas diximus. Alij
 ferarum cuium que pellibus, pars nudi agunt, pars tan-

tum obscœna uelati . alij humiles parvique , alij ita proceri & corpore ingentes , ut elephantibus etiam & ibi maximis , sicut nos equis facile atque habiliter utantur . quidam nullum animal occidere , nulla carne uesci optimum existimant . quosdam tantum pisces alunt . quidam proximi , parentes , prius quam annis aut ægritudine in maciem eant , uelut hostias cœdunt , cœsorumque visceribus epulari fas , & maxime pium est . at ubi senectus aut morbus incessit , procul à cœteris abeunt , morteni'que in solitudine nihil anxij expectant . prudentiores eis , quibus ars studium sapientiae contingit , non expectant eam , sed in gerendo semet ignitus læti & cum gloria accersunt . urbium , quas incolunt (sunt autem plurimæ) Nisa est clarissima & maxima , montium Neros Ioui sacer , famam hinc præcipuam habent in illa genitum , in huius specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum , unde Græcis authoribus , ut seniori Iouis insitum dicerent , aut materia ingessit , aut error . oras tenent ab Indo ad Gangem Palibotri , à Gande ad solidam Nisij , ubi magis quam ubi habitat , exæstuat , atræ gentes , & quodammodo Æthiopes , ab Iolide ad Cudum recta sunt litora , nudique populi , & marines opibus affatim dites , Tamos promontorium est , quod Taurus attollit , colles alterius partis angulus , initiumque lateris ad meridiem uersi , Ganges & Indus amnes , ille multis fontibus in Hæmo Indie monte conceputus , simul unum a seum fecit , fit omnium maximus , & alicubi latius quando angustissime fluit , decem millia passuum per

tens, in septem ora dispergitur. Indus ex monte Paropamiso exortus, & alia quidem flumina admittit, sed classissima Copheni, Acefinen, Hydaspen, concæptamq; pluribus aliis undam lato spacio trahit, hinc penè Gangem magnitudine exæquat, post ubi aliquot sapientia magnis flexibus cingit iugum ingens, iterum rectus, solidusq; descendit, donec ad laevam, dextramq; se deducens duobus ostijs longe distantibus in Oceanum exeat ad Tamum insula est Chryse. Ad gangem Argyre, altera ourei soli (ita veteres tradidere) altera argentei, atq; ita, ut maxime uidetur, aut ex renonien, aut ex uocabulo fabula est. Taprobanè autem grandis admodum insula ut prima pars orbis alterius à plerisq; esse credatur, sed quia habitatur, nec quisquam circum eam esse traditur, propè uerum est. contra inde illa ostia sunt, que vocantur solis, adeo inhabitabilia, ut ingressos uis animi confusi aeris exanimet confessim, & inter ipsa ostiarata tenet regio ob aestus intolerabiles alicubi cultoribus egens, inde ad principia rubri maris pertinet ipsa inuis, atq; deserta humus cineri magis fit quam pulueri similis, ideoq; per eam rara, & non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem & Arusacem notissima accipimus, Rubrum mare græci, siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythras regnauit, ἐπίθεντο Αλασσαι appellant procellosum, asperum, mare profundum, & magnorum animalium magis quam cætera capax, primo recedentis oras æqualiter impellit, & ut non intret interioris aliquantum patens sinus erat, sed quas ripas inflexerat bis irrumpit, duosq; iterum sinus aperit. Persicus vocatur dictis regionibus propior, Arabicus ul-

terior. Perfus quam mare accipit usq; rectis lateribus grande ostium, quasi cervice complectitur. deinde terris in omnem partem uaste & aqua portione cedentibus magno litorum orbe pelagus incingens reddit formam capitis humani. Arabici & os arctius, & latitudine minor est, maior aliquanto recessus, & multo magis longa latera init penitus, introrsusq; dum Aegyptum penè & montem Arabiae Casum attingit, quodam fastigio minus, ac minus latius, & quo magis penetrat, angustior, ab ijs quæ diximus, ad sinum persicum nisi ubi Chelonophagi morantur deserta sunt, in ipso Carmanij nauigantium destra positi sine ueste ac fratre, sine pecore ac sedibus, piscium uite se uelant, carne uescuntur, præter capita toto corpore hirsuti, interiora Cedrosi debinc Persæ habitant, Cethis per Carmanios supra Andanis & corios effiuunt, in parte, quæ Pelagi ostio aduersa est, Babiloniorum fines Chaldaeorumq; sunt, & duo clari amnes, Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates, Tigris ut natus est, ita descendens usq; ad litora perneat. Euphrates immani ore aperto non exit tantum unde oritur, sed & uaste quoque decidit, nec secat continuo agros late diffusus in stagna diuisendentibus aquis piger, & sine alueo paulus, post ubi marginem rupit, uere fluuius, acceptisq; ripis celer & fremens per Armenios & Capadocas occidentem pertit, ni Taurus obstat, in nostra maria uenturis, inde ad meridiem auertitur, & primum Syros, tum Arabas ingressus non perdurat in pelagus, uerum in gens modo & nauigabilis, inde tenuissiuus despectus emoriatur, & nusquam manifesto exitu effluit, ut alijs amnes

sed deficit, alterum latus ambit plaga, quæ inter utrumq.
 pelagus excurrit, Arabia dicitur, cognomen Euſæ
 pax, angusta, uerum Cinnami & Thuris aliorumq;
 odorum maxime ferax, maiorenſi Sabæi tenent partem
 ostio proximam & Carmanis, contrariam partem
 Macæ, quæ inter ostia ostenditur, ſylua, cantesq; exaffe
 rent. aliquot ſunt in medio inſula ſite, Ogyris, quod in
 ea Erythræ regis monumentum eſt, magis clara, quam
 ceteræ. Alterum ſinum undique Arabes incingunt ab
 ea parte, quæ introeuntibus dextra eſt, Urbes ſunt Car
 rhæ & Arabia & Gadamus, in altero ab intimo An
 gulo prima Beronice inter Hieropoliticum & Scrobi
 lum, deinde inter promontoria Moronemon, & Col
 laca Philoteris, & Ptolemais ultra Arsinoe, & alia Bel
 onice, tum ſylua quæ Hebenum, odoresq; generat, &
 manu factus amnis, ideoq; referendus, quod ex Nilial
 ueo Dioryge adductus extra ſinum uerum in flexu
 tamen etiam num rubri mariſ pars bestijs infesta, ideoq;
 deferta eſt, partem Panchæi habitant, hi quos ex facto
 quia serpentibus uescuntur οφιοφάγους uocant, ful
 re interius Pygmæi minutum genus, & quod pro ſatis
 frugibus contra grues dimicando defecit, ſunt multum
 lucrum, multa ſerpentum genera, de serpentibus mei
 morandi maxime quos paruos admodum, & uenient
 præsentis certo anni tempore, ex limo concretarum pa
 ludium, emergere in magno examine uolantes ægili
 ptum tendere, atq; in ipſo introitu ſinum ab aubis
 quas Iidas appellant aduerso agmine excipi, pugnafq;
 confici traditum eſt, de uolucribus præcipue referen
 da Phœnix ſemper unica, non enim coitu concipiunt

partu'ue generatur, sed ubi quingentorum annorum
 quo perpetuo durauit, super exaggeratam uarijs odoris
 bus struem sibi ipsa incubat, soluiturq; deinde putres-
 centium membrorum tabe concrescens ipsa se concipit,
 atq; ex se rursus renascitur, cum adoleuit, ossa pristini cor-
 poris inclusa myrrha & gypnum exportat, atq; in urbē
 quā solis appellant, fragrātibus nardo bustis inferens me-
 morando funere consecrat, ipsum promontorium, quod id
 mare clauditur à Ceramnis saltibus inuium est & Ethio-
 pes ultra sedent. Mercem habent terram quam Nil-
 us primo ambitu amplexus insulam facit, pars quia uit-
 tæ spatiū dimidio ferè, quām nos longius agunt Mai-
 crobi, pars, quia ex & gypto aduenere, dicti Automolæ,
 pulcri ferma, & qui corporis, parumq; ueneratores, ue-
 lut optimarum alūni uirtutum in illis mos est, cui potissi-
 num pareant specie, ac uiribus legere, apud hos plus
 auri, quām Persis est. Ideo quod minus est, pretiosius
 censem, are exornantur, auro incula scntium fabricant.
 Est locus, apparatis epulis semper refertus, & quia
 ut libet uesci uolentibus licet, ήλιον τραώεζαν ap-
 pellant, & quæ passim apposita sunt, affirmant innat-
 sci subinde diuinitus. Est lacus, quo perfusa corpora
 quasi uncta pernitent, bibitur idem, adeo est liquidus
 & ad sustinenda quæ incidunt aut immittuntur
 infirmis, ut folia etiam proximis decisa frondibus
 non innatantia ferat, sed passim & penitus acci-
 piat, sunt & saeuissimæ feræ, omni colore uarij Ly-
 caones, & quales accēpimus sphingas. sunt miræ
 cornuta. Thragopomenes & equinis auribus pe-
 gasi ceterum oras ad Eurum sequentibus nihil memo-

rabile occurrit, uasta omnia uastis præcisâ montibus, pâ
 pâ potius sunt, quâm litora, inde ingens & sine cultorib;
 ribus tractus dubium. Atq; aliquandiu fuit, esset' ne uli
 tra pelagus, caperet' ne terra circuitum, an exhausta an
 fracto fine fine Africa se extenderet, uerum & si Han
 no Carthaginensis exploratum missus à suis, cum per
 Oceani ostia exisset, magnam partem eius circumiectus
 non se mari, sed commitem defecisse memoratu retulerat.
 & Eudoxus quidam auorum nostrorum temporibus
 cum Lanthanum regem Alexandriæ profugeret arabi
 eo sinu egressus per hoc pelagus, ut Cornelius Nepos afi
 firmat, gades usq; peruectus est ideo eius oræ nota sunt
 aliqua, sunt autem trans ea, quæ modo deserta diximus
 muti populi, & quibus pro eloquio nutus est, alijs sine
 sono lingua, alijs sine linguis, alijs labris etiam cohærent
 iibus, nisi quod sùb naribus etiam fistula est, per quam
 libere auent, sed cum incessit libido uescendi, grana sa
 gula frugum passim nascientium absorbere dicuntur, sunt
 quibus ante aduentum Eudoxi adeo ignotus ignis fuit,
 adeoq; uisus mirum in modum placuit, ut amplecti
 etiam flamas & ardentia sinu abdere donec noceat,
 maxime libuerit, super eos grandis litoribus flexus gran
 dem insulam includit, in qua tantum fœminas esse nat
 rant toto corpore hirsutas, & sine coitu marium su
 sponte fœundas, adeo asperis efferisq; moribus, ut que
 dam contineri, ne reluctantur, uix uinculis possint ha
 Hanno retulit, & quia detracta occisis coria pertulerat,
 fides habita est. Vltra hunc sinum mons altus ut grad
 uocant, Θεῶν τοις χρυσαῖς perpetuis ignibus flagrat ub
 era montem uiret, collis longo tractu longis litorib;

Obductus, unde uisuntur patentes magis campi, quam
 est prospici possint. Panum Satyrorum que hinc opinio
 consae fidem caput, quod cum in his nihil cultu sit, nul
 lae habitantium sedes, nulla uestigia solitudo in diem
 uastia, & silentium uastius, nocte crebri ignes miscant
 & ueluti castra latracentia ostenduntur. Crepant cym
 bala, & tympana, audiunturque tibiae sonantes maius
 humanis, tunc rursus Etiopes, nec iam dites, quos dixi
 mus, nec ita corporibus similes, sed minores incoluntur
 sunt, & nomine Hesperio, in horum finibus fons est,
 quem Nili esse aliquibus credibile est. Nuchul ab incolis
 dicatur, & uideri posse non alio nomine appellari,
 sed a barbaro ore corruptus, aliter purum, & minora
 quidem eiusdem tamen generis animalia alijs annibus
 in Oceanum uergentibus, solus in medium regionem
 ad orientem abit, & quoniam exeat incertum est, inde
 colligitur Nilum hoc fonte conceptum, auctumque
 aliquandiu periuia & ideo ignotum iterum se ubi ad
 ea possit, ostendere, ceterum spacio, quo absconditur,
 effici ut hic alio cedere, ille aliunde uideatur exurgere.
 Catoblepas non grandis fera, uerum grande & per
 grande caput agre sustinens, atque ob id in terram pluri
 sum ore conuersa apud ho. dignitur, ob nim singula
 rem magis etiam referenda, quod cum impetu, morsuque
 nibil unquam sauiat, oculos eius tantum uidisse mortis
 serum. Contra eosdem sunt insula Dorcades, domus
 (ut aiunt) aliquando Gorgonum, ipsa terra promonto
 reo, cui επειρου Κέρας nomen est finiuntur. inde inca
 pit frons illa, qua in occidentem uergens mari Atlantico
 ablinetur, prima eius Etiopes, tenet media nulli, nam

POMP. MELÆ.

aut exusta sunt, aut arenis obducta, aut infesta serpenti
bus exustis insulæ apposita sunt, quas Hesperidas tamen
nuisse memoratur, in arenis mons est satis dense consur-
gens, uerum incisis undique rupibus præceps, inuictus &
quo magis exurgit exilior, quiq; altius q̄ conspici potest,
usq; in nubila erigitur, Cœlum & Sydera non tangere
modo uertice, sed sustinere quoq; dictus est, contra Fortunam
natae insulæ abundant sua sponte genitis, & subinde
alijs super alijs innascentibus, nihil sollicitos alunt bes-
tias, quam aliae urbes exultæ, una singulare duorum fun-
tium in genio maxime insignis, alterum qui gustauerent
suos soluuntur in mortem, ita affectis remedium est ex alto
bibere, ab eo tractu, quem feræ infestant, proximis sunt
Himantopodes inflexilentis cruribus, quos serpere pos-
sus q̄ ingredi referunt, deinde Pharusi aliquando tenden-
te ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, et nisi quod
pecore aluntur, admodū inopes hinc iam latiores, agri,
amœniq; saltus, Terotæ, Berini ebore abundant. Nigri
tarum, Getilorumq; passim uagantium, ne litora qui-
dem infœcunda sunt purpura, & murice efficacissimi
ad tingendum, & ubi qua tinxere, clarissima, reliquaq;
ora Mauritaniae exterior, & in finem sui fastigantis.
Africæ nouissimus angulus, iisdem opibus, sed minus di-
ues, ceterum solo etiam diuor, & adeo fertilis est, ut su-
gum genera non cum ferantur modo benignissime pro-
creet, sed quædam profundat etiam nota, hic Antæus lo-
gnasse dicitur, & signum, quod fabulæ clarum, prop-
ostenditur collis modicus resupini hominis imagine illi-
tis, illius, ut incolæ ferunt, tumulus, unde ubi aliquaque
eruta est, solent imbres, spargi, & donec effossa repleri

ut, euemunt, hominum pars sylvas frequentant minus
 q̄ quos modo diximus uagi, pars in urbibus habitant, qua-
 rum ut inter parvas opulentissimæ habentur procul à
 mari Gildano, Dulbritania, propius autem Sala & Ly-
 zo flumini Iunxo proxima. Ultra est Colonia, & fluo-
 uis Gna, & unde initium fecimus, Ampelusia in nos-
 strum iam fretum uergens promontorium, operis huius
 atq; Atlantici litoris terminus,

INDEX.

EX PRIMO LIBRO

Mundi in quatuor partes diuisio.	Caput.	I.
Summa Europæ descriptio.	Cap.	II.
Summa Africæ descriptio.	Cap.	III.
Particularis Africæ descriptio.	Cap.	III.
Asiæ descriptio particularis.	Cap.	V,
Arabiæ descriptio.	Cap.	VI.

EX SECUNDU LIBRO

Asiæ descriptio.	Cap.	I°
Italiæ descriptio.	Cap.	II°
Gallia descriptio.	Cap.	III°
Hispania descriptio.	Cap.	III°
Siciliæ descriptio.	Cap.	V°

EX TERTIO LIBRO

Descriptio circuitus Oceano mari incti.	Cap.	I.
Germaniæ descriptio.	Cap.	II.
Britania descriptio.	Cap.	III.
Indiæ descriptio.	Cap.	III.

POMP. MELÆ
SOLINI EPISTOLA AD AVTIVM
EX VETVSTISSIMO CODICE
DESCRIPTA.

Voniam quidam impatientius, quam su-
diosius opusculum, quod moliebar, inter-
pere properarunt, idq; etiam tum minus po-
litum prius in medium dederunt, q; inchoa-
tæ rei summa manus imponeretur, Et nunc exemplari
bus corruptis, quæ damnata sibi quasi prolata etiam re-
ferunt. Posterius quod ad incrementum cognitionis ac-
cesserunt cura longiore ne forte rudit, Et imperfecta ma-
teria, uelut spectatus in me liber, in manus tuas defere-
tur opusculum sententiae, à me digestum, ut nosceres mi-
si. Primo quod referendus ad industriam tuam fuit tenor
dispositionis, deinde ut scabré adhuc informationis pro-
ditio, editione uera extingueretur. Exit igitur titulus ope-
rii Polyhistor. Namq; in exordio designaueram solum
collectanearum memorabilium, cum ijs, quæ liberari
mus, placuit obueterari. Collecta igitur hac epistola cum
ea, quæ auspicium scriptoris facit, intelligis eodē te loco
habitum, quo cū' uilaboris nostri summā dedicauimus.

C. IVLIVS

C. IVLIVS SOLINVS AV,

TIO SVO .S.P.D.

Vm & aurum clementia, & optimarum artium studijs præstare te cæteris sentiam, idq; oppidò expertus, de benevolentia tua nihil temere percaperim, putavi examen opusculi huius tibi possimum dare, cuius uel industria promptius suffragium, uel benignitas uenit am spondebat faciliorem. Liber est ad compendium præparatus, quantuncunq; ratio passa est ita moderate repressus, ut nec in eo prodigi sit copia, nec damnoſa concinnitas, cui si non propius intenderis, uel fermentū cognitionis magis ei inesse, quam bracteas eloquentiae deprehendes. Exquisitis enim aliquot uoluminibus, studuisse me compendio fateor, ut & à notioribus pedente referrem, & remotis longius immorarer, locorum com memoratio plurimum tenet in quam partem fermè inclinatior est uniuersa materies, quorum cum meminisse, ita uisum est, ut inclytos terrarum situs, & insignes tractus maris, seruata orbis distinctione, suo quæq; ordine redderemus. Inseruimus etiam pleraque differenter congruentia, ut si nihil aliud, saltem uarietas ipsa, legendum fastidio mederetur, inter hæc hominum, & aliorum animalium naturas expressius. Addita sunt pauca de arboribus, & de lapidibus exoticis, de extimarum gentium formis, de ritu dissono abditarum nationum. Nonnulla etiam memorati digna, quæ prætermittere incuriosum uidebatur, quorumq; authoritas, quod in

Pomp.

e

primis industria tua insinuat uelim, de scriptoribus
 manat receptissimis. Quid enim proprium nostrum es-
 se poterit? cum nihil omiserit antiquitatis diligentia, quod
 intactam ad hoc usq; & ui perseueret. Quapropter quæso
 te, ne de præsenti tempore editionis huius fidem libres,
 quandoquidem uestigia ueteris monetae perscuti opinio-
 nes universas eligere maluimus, potius, q; innouare.
 Itaq; si qua ex istis secus, q; opto, in animum tuum ueniu-
 ant, des uelim infantiae meæ ueniā. constantia ueritas
 tis penes eos est, quos secuti sumus. Sicut ergo ij, qui corpo-
 rum formas emulanter, postpositis quæ reliqua sunt an-
 te omnia effigiant modum capitis, nec in alia membra
 prius lineas destinant, q; ab ipsa, ut ita dixerim, figurati
 arce auspiciū faciant inchoandi. Nos quoq; à capite or-
 bis, idest ab urbe Roma principium capessēmus, quant-
 uis nihil super ea doctissimi authores reliquerint, quod
 possit in nouum præconium suscitari, ac penè superua-
 cuum sit relegere tramitem decursum tot annalibus, ne
 tamen prorsus dissimulata sit, originem eius, quanta uale-
 mus, prosequamur fide.

IVLII SOLINI POLYHISTOR.

De origine urbis Romæ Caput I.

VNT Qui uideri uelint Romæ uocabulum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendissent, quod ex tructum ante Valentiam dixerat ius uentus latina, seruataq; significatione impositū prius nominis, POMHN græce Valentiam nominatam, quam Arcades quoniam in excelsa parte montis habitassent, deriuatum deinceps ut tutissima urbiuim arces uocarentur. Heraclidi placet Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca, ubi nunc Roma est, deuenisse per Tyberim, deinde suadente Rōme nobilissima captiuarum, quæ his comes erat, incensis nauibus posuisse sedes, struxisse mœnia, & oppidum ab ea Rōmen uocasse. Agathocles scribit Rōmen non captiuam fuisse, ut supra dictum est, sed Ascanio natam Aeneæ Nepitem appellationis istius causam fuisse. Traditur etiā primum Romæ nomen. Verumtamen uetitum publicari, quandoquidem quo minus enunciarentur cærimoniarum arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam eius aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium deniq; Soranum, quod contra interdictum eloqui id ausus foret obmeritum profanæ uocis, neci datum. Inter antiquissimas sanè religiones facillum colitur Angeronæ, cui sacrificatur ante diem XI. Cal. Ianua. diua præsul silentij ipsius prænexo, obsignatoq; ore simulachrum habet.

De consecratione Vrbis Caput I.I.

E temporibus Vrbis conditæ ambiguita,

d tem quæstiones excitant, quod quædam ibi
mūto ante Ronulum condita sint. Quippe aram Hercules, quam uouerat, si amissas boues reperisset, punito Caco patri inuentori dicauit.

Qui Cacus habitauit locum, cui Salinæ nomen est, ubi trigemina nunc porta. Hic, ut Cælius tradit, cum à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus uenerat Masis Regis, socio Megale Phrigæ custodiæ foret datus, frustratus uincula, unde uenerat rediit, præsidij amplio ribus occupato circa Vulturnum, & Campaniam regno, dum etiam ea attrectare auderet, quæ concesserat in arcadum iura, duce Hercule, qui tunc forte aderat, oppressus est, & Megalem Sabini recæperunt, disciplinam augurandi ab eo docti, suo quoq; numini idem Hercules instituit aram, quæ maxima apud Pontifices habetur, cum se ex Nicostrate Euandri matre, quæ à uaticinio Carmentis dicta est, immortalē comperisset, consipitum etiam intra quod ritus sacrorum factis boniā diis docuit potios. Sacellum Herculis in Boario foro est, in quo argumenta coniuuij lœtæ maiestatis ipsius remanent. Nam diuinitus illò neq; canibus neq; muscis ingressus est. Et enim cum uiscerationem sacrificij libaret, Myagrum deum dicitur imprecatus, clauam uero in aditu reliquisse, uius olfatu refugient canes, id usq; nunc durat. Ædeni etiam, quæ Saturni ærarium fertur, comites eius condiderunt in honorem Saturni, quem cultore regionis illius cognoverat extitisse. Item &

montem Capitolinum Saturnium nominarunt, castelli quoque, quod excitarant, portam appellauit Saturniam, quæ postea Pandana vocata est. Pars autem Capitolini montis infima, habitaculum Carmentæ fuit, ubi Carmentis nunc fanum est, à qua Carmentalipor tæ nomen datum est. Palatum uero nemo dubitaverit, quin Arcadas habeat authores, à quibus primum Palanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Aborigines habitarunt. Sed propter incommode vicinæ paludis, quam præterfluens Tyberis fecerat, profecti Reate postmodum reliquerunt. Sunt qui uelint à balatibus ouium mutata littera, uel à Pale pastorali dea, aut, ut Silenus probat, à Palante Hyperborei filia quam Hercules ibi compressissè uisus est, nomen monti adoptatum. Sed quanquam ista sic congruant, palam est prospéro illi augurio deberi gloriam nominis Romani, maxime cum annorum ratio faciat cardinem ueritati. Nam, ut affirmat Varro author diligentissimus, Romam condidit Romulus Marte genitus, & Rhea Syluia, uel ut nonnulli, Marte & Ilia, dicta quæ est primum Roma quadrata, quod ad æquilibrium foret posita. Ea incipit à sylua quæ est in area Apollinis, & ad supercilium scalarum Caci. Habet terminum ubi Tugurium fuit Faustuli, ibi Romulus mansitauit, qui auspicato mutorum fundamenta iecit duodeuiginti natus annos X. I. Cal. Maias hora post secundam ante tertiam, sicut L. Taruntius prodidit Mathematicorum nobilissimus Ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in scorpio, sole in Tauro, Luna in Libra constitutis, & obseruatum deinceps nequa hostia parilibus, cederetur, ut dies

iste à sanguine purus esset, cuius significationem de pari
 in illæ tractam uolunt, idem Romulus regnauit annos
 septem triginta, de Ceninensibus egit primum triūphū,
 & Acroni rege eorū detraxit spolia, quæ Ioui Feretrio
 primus suspendit, & opima dixit. Rursum de Antennas
 tibus triumphauit, de Veientibus tertio. Apud Capreæ
 paludē nonis quintilibus apparere desiit. Ceteri reges q
 bus locis habitauerint, dicemus. Tatius in arce ubi nunc
 est ædes Junonis Monetæ, qui anno. V. quam Ingressus
 fuerat urbe in Laurentibus interemptus septima & uir
 gesima olympiade hominem exuit Numa in colle primū
 Quirinali deinde propter ædem Vestæ in regia, quæ ad
 huc ita appellatur, qui regnauit annis tribus & qua
 draginta sepultus sub ianiculo. Tullius Hostilius in Ver
 lia, ubi postea Deum penatum ædes facta est, qui regnau
 uit annos duos & triginta, obiit olympiade quinta &
 trigesima. Ancus Martius in summa sacra via ubi ædes
 larium est, qui regnauit annis IIII, et uiginti, obiit olym
 piade prima & quadragesima. Tarquinius Priscus ad
 Mugoniam portam supra summam nouam viam, qui
 regnauit annos septem & triginta. Seruius Tullius Æsi
 quilijs supra Cliuū Urbicum, qui regnauit annos. XIII.
 Tarquinius Superbus & ipse etiam Æs quilijs supracli
 um pullum fœcundalem lacum, qui regnauit annos
 quinq; & uiginti. Cincio Ramam duodecima olympia
 de placet cōditam. Pictori octaua. Nepote et Lucretio opi
 niones Eratosthenis, & Appollodori comprobantibus
 olympiadis septimæ anno secundo. Pomponio Atico, et
 Mar. Tullio olympiadis sextæ anno tertio. Collatis igitur
 nostris, & græcorum temporibus inuenimus incipien-

te olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium captum quadringentesimo trigesimotertio. Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atatus materni Pelopis ediderat, intermissum Iphiclus filius eius instaurauit post exadiuum Trojae anno quadringentesimo octauo. Ergo ab Iphiclo numeratur olympias prima. Ita sex medius olympiadibus interiectis, quibus singulis anni quaterni imputantur cum septima acceptante Roma condita est. Sic inter exortum urbis, & Troiam captam iure esse annos quatuorcentum & triginta tres constat. Huic argumento id accedit, quod cum C. Pompeius Gallus, & Q. Veranius anno urbis conditae octingentesimo primo fuerunt consules, Consulatu eorum olympias septima & ducentesima aëlis publicis annotata est. Quater ergo multiplicatis sex & ducentis olympiadibus erunt anni octingenti. X X I I I . Quibus de septima olympiade annexendus est primus annus, ut in solidum colligantur D C C C X X V . Anni. Ex qua summa detractis uiginti annis, & quatuor olympiadum retro sex manifesse anni. D C C C . & . I. reliqui fient. Quapropter cum octingentesimo primo anno Urbis conditae ducentesima septima olympias computetur, par est Romanam septimam olympiadis anno primo credi conditam. In qua regnatum est annis ducentis quadraginta uno. Decemviri creati anno trecentesimo secundo. Primum Punicum bellum anno tricentesimo octogesimonoно. Secundum quingentesimo trigesimo quinto. Tertium sexcentesimo quarto. Sociale sex centesimo sexagesimo secundo, ad Hircum, et C. Pansem. C O S S. anni D C C . & X X X . quorum consulatu.

Cæsar Augustus consul creatus est, Octauum decinum annum agens, qui principatum ita ingressus est, ut uis vigilancia illius non modo securum, uerum etiam tutum imperium esset. Quod tempus fermè solum repertum est, quo plurimum & arma cessarunt, & ingenia floruerunt, scilicet ne inertu iustitia Languesceret uitutis opera bellis quiescentibus. Tunc ergo primum cursus anni, perspectaq; ratio, quæ à rerum origine profunda caligine tegebatur. Nam ante Augustum Cæsarem in certo modo annum computabant, qui apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur. Apud Arcades tribus apud Acanthas sex in Italia apud Lavinios tredecim quorum annus trecentis septuaginta quatuor diebus ferebatur. Romani initio annum decem mensibus computabant, ab Martio auspicantes adeo, ut eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent ueteribus uiridescens laureas, Senatus, populusq; comitia age rent, Matronæ seruis suis cœnas ponerent, Sicuti satur nilibus domini, illæ ut honore promptius obsequium prouocarent. hi quasi gratiâ repræsentarent perfeci laboris. Maxime quies hunc mensem principem testantur frisse. Et qui ab hoc quintus erat, Quintilis dictus est, deinde numero decurrente December solennem circuitum finiebat, intra diem trecentesimum quartum. Tunc enim iste numerus explebat annum, ita ut sex menses tri centum dierum essent, quatuor reliqui tricensi & singulis explicarent. Sed quoniam ratio illa ante Numam lunæ cursu discrepabat, lunari computatione annum per & quarunt, quinquaginta & uno die adiectis. Ut ergo perficerent XII. menses, de sex mensibus prioribus de-

traxerunt dies singulos, eosq; quinquaginta istis & uni
 adnexerunt, faciliq; quinquaginta VII. diuisi sunt in
 duos menseis, quorum alter XXIX. alter XXVIII.
 dies continebat. Sic annus habere quinque & quinqua
 ginta & trecentos dies cœpit. Postmodum cum per
 spicerent temere annum clausum intra dies, quos supra
 diximus, quandoquidem appareret solis meatum non
 ante trecentesimum sexagesimum quintum diem abun-
 dante insuper quadrantis particula, zodiacum confi-
 cere decursum, quadrantem illum & decem dies addi-
 derunt, ut ad liquidum annus trecentis sexagintaquin-
 que diebus, & quadrante constaret hortante obseruatio-
 ne imparis numeri, quem Pythagoras monuit præponi
 in omnibus oportere. Vnde propter dies impares Dijs su-
 peris & Ianuarius dicatur. Et propter parens Februarius
 quasi abominosus Dijs inferis deputatur. Dunq; ita hæc
 definitio toto orbi placuisse, custodiendi quadrantis gra-
 tia, à diuersis gentibus uariæ intercalabatur, nec unquam
 tamen ad liquidum siebat temporum adæquatio. Græ-
 ci ergo singulis annis XI dies et quadrante detrahebāt
 eosq; octies multiplicatos in annum nouum reseruabant
 ut contractus nonagenarius numerus in tres menseis
 per tricenos dies scinderetur. Quin anno nouo restituti
 efficiebant dies quadringétos quadragintaquatuor quos
 Εὐβολισμοὺς, uel ὑπερβάλογας non uinabant
 Quod cum initio Romani probassent, contemplatio-
 ne numeri parilis offensione neglectum breui perdide-
 runt, translata in sacerdotes intercalandi potestate.
 Qui plerunque gratificantes rationibus publicanorum
 pro libidine sua subtrahebant tempora, uel angebant.

Cum hæc sic forent constituta, modusq; intercalandi interdum cumulator, interdum fieret immunitior, uel om nino dissimilatus præteriretur, nonnunq; accidebat, ut menses, qui fuerant hyeme transacti, modo in aestiuum, modo in autumnale tempus inciderent. Itaq; C. Casar uniuersam hanc inconstantiam incisa temporum turbatione composuit, et ut statum certum præter dies accepit et error dies XXI. Et quadrantem simul intercalauit. Quo parato regradata menses de cætero statuta ordinis sui tempora detinerent. Ille ergo annus solus trecentos XLIII dies habuit. Alij deinceps trecentos sexagenos quinos, Et quadrantem, Et tunc quoq; uitium admissum est p sacerdotes. Nam cum præceptum esset anno IIII, ut intercalarent unum diem, Et oporteret consepto quarto anno id obseruari, ante q; quintus auspicaretur, illi incipiente quinto intercalarunt non desinente. Sic per annos sex, Et XXX cum nouem dies tantum sufficere debuissent. XII. sunt intercalati, quod deprehensum Augustus reformavit, iussitq; annos XII sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra nouenarios temere fuerant intercalati hoc modo possent repensari. Ex qua disciplina omnium postea temporum fundatatio est. Verum cum Et hæc, Et multa alia Augusti temporibus debeatur, qui penè solus sine exemplo rerum potius est, tui Et tanta in uita eius innueniuntur aduersa, ut non sit facile discernere calamitosior, an beatior fuerit. Primum quod apud annunculum in petitione magisterij equitum prælati se ei Lepidus tribunus cum quadam auspicantium cœptorum nota. Mox triumviratus collegium prægrani potestate Antonij Philippensis inde proscriptionis inuidia.

Abdication posthumum Agrippae post adoptionem. Deinde
Desyderio eius insignis pœnitentia, Naufragia sicula.
Turpis ibi in spelunca occultatio. Seditiones militum
plurimæ. Perusina cura. Detectum filiae adulterium, &
voluntas paricidialis. Nec minore dedecore neptis infar-
mia causatæ mortes filiorum, & amissis liberis non scilicet
orbitatis dolor, sed Vrbis pestilentia. Fames Italæ bello IL
lyrico. Angustia rei militaris. Corpus morbidum, Contu-
meliosa dissensio priuigni Neronis. Vxoris etiam, & Tu-
berij cogitationes parum fidæ, atq; in hunc modum plu-
ra. Huius tamen suprema quasi lugeret seculum, penuria
insecuta est frugum omnium. At ne fortuitum quod
acciderat uideretur, imminentia mala non dubijs signis
apparuerunt, Nam Fausta quadam ex plebe partu uno
edidit quatuor geminos, mores duos, fœminas totidem
monstrosa fœcunditate portendens futuræ calamitatis in-
dicium, quāvis Trogus author affirmet in Egypto sea-
ptenos uno utero simul gigni. Quod ibi minus mirum,
cum fœtuso potu Nilus, non tantum terrarum, sed &
hominum fœcundet arua. Legimus Cn. Pompeium,
Eutychiden fœminam Asia exhibitam, quam constabat
tricies enixa cum X X eius liberis in Theatro suo pu-
blicasse. Vnde competens hoc loco duco super hominis ge-
neratione traclare. Etenim cum de animalibus, quædicta
digna videbūtur, prout patria cuiusq; admonebit. simus
notaturi, iure ab eo potissimum ordiemur quod rex natu-
ra sensus indicio, & rationis capacitate præposuit oibus.

Emocritus physicus ostendit mulier, scilicet animal mestruale est, cuius profluvia non paruis spectata documentis inter monstrifica merito numerantur. Con tacta & his fruges non germinabunt, ascendent rustica, morientur herbae, amittent arbores fructus, siccum rubigo corripit, nigrescent æra. Siquid canes inde ederint in rabiem efferebuntur, nocturni morsibus, quibus lymphaticos faciunt. Parua hæc sunt Bitumen nascitur in Indæa quod Asphaltites gigant lacus, adeo lentum molle glutinosa, ut à se nequeat separari. Enimvero, si abrumpere partem uelis, uniuersitas sequitur, scindiq; non potest, quoniam in quantum ducatur extenditur. Sed ubi admota fuerint crux illa polluta fila, discerpitur sponte, & applicata tabe deducitur paulo ante corpus unum. Fitq; detenacitate connexa contagione partitio pentina. Habet planè id solum salutare, quod auerat sydus Helenes pernicioſissimum nauigantibus. Cæterum ipsæ fœminæ, quibus munus est necessitatis huiusmodi, quandiu sunt in sualege non innocentibus oculis contineantur. A speculu specula uitiant, ita ut hebetetur uisu fulgor infensus, & solitam æmulationem uultus extinctus splendor amittat, faciesq; obtusa nitoris quadam caligine nubiletur. Mulierum aliae in æternum steriles sunt, aliae mutantas coniugij exiunt sterilitatem, nonnullæ tantum semel pariunt. Quædam aut fœminas aut mares semper. Post annum quinquagesimum fœcunditas omni-

sum conquiescit. Nam in annum. LXX. viri generant sicuti Masinissa rex Methymnum filium. LXX. & sextum agens annum genuit. Cato octogesimo ex aucto ex filia Saloni clientis sui, cum Vticensis Catonis procreauit. Compertum & illud est, quod inter duos concæpius cum intercesserit paulum temporis uterque residet, sicut in Hercule & Iphicle apparuit fratre eius, qui gestati eodem onere interuallis tamen quibus concæpti fuerant, natu uidentur. Et de proconsula ancilla, quæ è duplici adulterio geminos edidit, utrumque patri similem. Hic Iphicles Iolaum creat, qui Sardiniam ingressus palanteis incolarum animos ad concordiam blanditus Olbiam & alia græca oppida extruxit. Iolenses ab eo dicti sepulcro eius templum addiderunt, quod imitatus uirtutes patrui malis plurimis Sardiniam liberasset. Ante omnia sobolem cogitantibus sternutatio post coitus cauenda, ne prius semen excutiat impulsus repentinus, quam penetralibus se maternis insinuet paternus humor. Quod si naturalis materia hæserit, decimus à concæptu dies dolore grauidas admonebit. Iam inde incipiet & capitis inquietudo, & caligine uisus hebetatur. Giborum quoq; fastidijs stomachi claudetur cupido. Conuenit inter omnes corda primum ex uniuersa formari carne, ea que in diem quintum & sexagesimum crescere, deinde minui, Ac ex ossibus spinas, ea propter capitale est, si pars alterutra noceatur, planè si corpusculum in marem figuratur, melior est color grauidis, & prior paritudo uteri. Deniq; à quadragesimo die mortuus est. Alter sexus nonagesimo die primum palpitat. Et concæpta fœmina gestans uulnū pallore ificit. Crura

quoq; præpedit languida tarditate, in utroq; sexu cum capilli germinant incommodum maius est. Fitq; pleni lunis auctior ægritudo, quod tempus etiam editis semper nocet. Cum salsiores escas edit granida, unguiculis caret partus. At cum propè ad uterum liberandum uenerint momenta maturitatis, enitenè spiritum refinere plurimum concurrat, quoniam quidem lœtali mora oscitatio suspendit puerperia. Contra naturam est in pedes procedere nascentes, quapropter uelut ægre parti, appellantur Agrippæ. Ita editi minus prospere uiuunt, & de uita æuo breuiori deceidunt. Deniq; in uno M. Agrippa felicitatis exemplum est. Nec tanen usq; èd inoffensæ, ut non plura aduersa peruerterit, q; secunda. Namq; & misera pedum ualeutudine, & aperto coniugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouersi ortus omen luit. Fœminis proinde est infausta natuitas, si concretum uirginale fuerit, quo pacto genitalia suere Corneliae, quæ editis Gracchis ostentum hec pianuit sinistro exitu liberos rum. Rursum necatis matribus, oruus est auspicator, sicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quod exciso utero in diem uenerat, primus Romanorum Caesar dictus est. E' geminis si remanente altero, alter ab omnino fluxu exciderit, alter qui legitime natus est, Vopischs nominatur. Quidam etiam cum dentibus procreantur, ut Cn. Papyrius Garbo, & M. Curio dentatus ob id cognominatus. Quidam uice dentium continuū ossis armatur soliditate, qualem filium Bithynorum transpristas habuit. Ipsum dentium numerum discernit qualitas sexus, cum in uiris plures sint, in fœminis pauciores, quos κυνόδοντας uocant. Et quibus gemini pio-

cedunt à dextra parte, fortunæ blandimenta promittunt. Quibus à laua, uersa uice. Nascentium uox prima uagitus est. Latitiae enim sensus differtur in quadragesimum diem. Itaq; unum nouimus eadem hora risisse, qua erat natus scilicet Zoroastrem, mox optimarum artium peritissimum. Aulus Crassus amus eius, quem rat puerum bella Parthica, quod nunq; riserit fertur Agelastos cognominatus Inter alia Socratis magna præclarum illud est, quod in eodem uultu tenore etiam aduersis interpellantibus persistit. Heraclitus, & Diogenes Cynicus nihil unq; de rigore animi remiserunt, calcatisq; turbibus forruitorum aduersus omnem dolorem, & miseriā uniformi durauere proposito. Pomponium poetam consularem uirum nunq; ructasse habetur inter exempla. Antoniam Drusi non spuriisse per celebre est. Non nullos ac cæpimus enasci concretis ossibus, eosq; neq; sudare, neq; sitiare consuesse, qualis Syracusanus fertur Lygdamus, qui tertia & tricésima olympiade primus ex olympico certamine Pancratij coronam reportauit, eiusq; ossa deprehensa sunt medullas non habere. Maximam uirium substantiam neruos facere certissimum est, quantoq; fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem. Varro in relatione prodigiorum fortitudinis annotauit Tritanum gladiatorem natura Sannitem fuisse, qui et rectis, et transuersis nervis non modo cruce pectoris, sed et manibus cancellatis, et brachijs omnes aduersarios lauitas est, ac penè securis congressionibus uicerit, eiusq; filium militem Cn. Pompeij parimodo natum, ita spreuisse hostem prouocantem, ut in erini eum dextra & superaret, & captum digito uno in castra imperatoris sui reporta

ret, & captum dito uno in castra imperatoris sui re-
portaret. Milonem quoq; Crotonensem scrunt egisse om-
nia supra quam homo ualeat. De quo etiam hoc prodi-
tur, quod iectu nudæ manus taurum fecit uictricem, euq;
solidum, qua mactauerat die assumpsit solus non grana-
tus. Super hoc nihil dubium. Nam factum eulogium
extat. Vix illorille omnium certaminum, quæ obiuit. Sa-
nè Alestorius traditur lapis, qui crystallina specie in mo-
dum fabæ, in gallinaceorum uentriculis reperitur, ap-
pus, ut dicunt, prælianibus. Milo uero Tarquinij Super-
bi Prisci temporibus eniuit.

De similitudine, & corporum proceritate. De inen-
sura hominis, & pudore defunctorum.

Caput IIII.

Am uero qui deflexum animum referat
ad similitudinem causas, quantum artifi-
cis naturæ ingenium deprehendet. Inter-
dum enim ad genus spectant, & per so-
bolem in familias transitus faciunt. Sicut plerique pa-
uuli modo neros, modo cicatrices, modo qualescumq;
originis suæ notas ferunt. Ut in Lepidis, quorum tres
interiulsa tamen serie ex eadem domo obduco membra
oculo similes geniti reperiuntur. Vt Byzantio no-
bili pugile, qui, cum matrem haberet adulterio ex Æthio-
pe concæptam, quæ nihil patri comparandum reddi-
disset, ipse in Æthiopem auum regenerauit. Sed hoc
minus mirum, si respiciamus ad ea, quæ spectata sunt
inter externos. Regeni Antiochum Artheon quidam ex
plebe

plebe Syriaca sic facie œnula mentiebatur, ut postmodum Laodice uxoris regia, obiecto populari isto tandem dis simulauerit defunctum maritum, quoad ex arbitratrice eius regni successor ordinaretur. Inter Cne. Pompeium, & Vibium humili loco natum, tantus error extitit de patribus liniamentis, ut Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij vocabulo cognominarent. Orator rem L. Plancum Rubrius histrio sic impletuit, ut & ipse Plancus à populo uocaretur. Armentarius Mirmillo & Cassius Seuerus orator, ita se mutuo reddiderunt, ut si quando pariter uiderentur, dignisci non possent, nisi discrepantiam habitus indicaret. M. Mesalla Censorius, & Menogenes ex sece uulgari hoc fuerunt uterque quod singuli nec alium Mesallam, q̄ Menogenem, nec Menogenem alium, q̄ Mesallam putarunt. Piscator ex Sicilia proconsuli Suræ præter alia etiam rictu oris comparabatur. Ita in eodem uocis impedimento & tarditate sono linguae naturalibus offendiculis congruebant. Interdum uero non modo inter externos, sed etiam inter condiclos ex diuersissima parte orbis miracula indiscreti uultus fuere. Denique cum Antonio iam triumviro Thoranius quidam eximios forma pueros uelut geminos trecentis sestertijs uendidisset, quorum alterum de transalpina Gallia, alterum ex Asia comparauerat, adeoque unares uiderentur, nisi solus sermo fidem panderet. Atque ideo cum se Antonius illusum grauaretur, non infacete Thoranius id uel præcipue, quod emptor criminatur, pretiosum comprobauit. Neque enim mirum si foret pares gemini, illud nullis posset taxationibus aestimari, quod tantis spatijs diuersitas separatos, plusq̄ geminos

contulisset. Quo responso adeo Antonius mitigatus est, ut
deinceps nihil se habere carius in substantia suaiasta-
ret. Nunc si de ipsis hominum formis requiramus, li-
quid manifestabitur, nihil de se antiquitatem menda-
citer prædicasse, sed corruptam de generis successione so-
bolem nostri temporis per nascentium detruimenta decus
ueteris pulchritudinis perdidisse. Licet ergo pleriq; defi-
niant, nullum posse excedere longitudinem septem pe-
dum, quod intra hunc modum Hercules fuerit, depre-
hensum est tamen Romanis temporibus, sub D. Augusto
Pusionem, & Secundillam denos pedes, & amplius ha-
buisse proceritatis, quorum reliquiæ adhuc in conditorio,
Sallustianorum uidentur, postmodum D. Claudio prima
pe Gabbaram, nomine, ex Arabia aduectum nouem pe-
dum, & totidem unciarum. Sed ante Augustum annis
mille fermè non apparuit forma huiusmodi sicut, nec post
Claudium uisa est. Quis enim aeo isto non minor suis pa-
rentibus nascitur? priscorum autem molem testantur etiā
Orestis suprema, cuius ossa olympiade quinquagesima
et octaua Tegeæ inuenta, à Spartanis oraculo monitis,
didicimus implesse longitudinem cubitorem septem. Scri-
pta quoque ex antiquitate memorias accessunt in fidem
ueri, quibus receptum est, quod bello Cretico, cum elas-
ta flumina impetu plus quam ui amnica inuecta, terras
rupissent, post discessum fluctuum inter plurima humi
dissidia humanum cadauer repertum sit cubitum trium
atq; triginta, cuius inspectandi cupidine L. Flaccum le-
gatum, Metellum etiam ipsum impendio admodum ca-
ptos miraculo, quod auditu refutarant, oculis poti-
tos. Non omiserim Salamini Euthymenis filium cre-

nisse in triennio tria cubita sublimitate, sed incessu tardum, sensu hebetem, robusta uoce, pubertate festina, statimq; obsessum morbis plurimis, immoderatis & grititudinum supplicijs compensasse praeципitem incrementi celeritatem. Mensurae ratio bifariam conuenit. Nam quantus manibus expassis inter digitos longissimos modus est, tantum constat esse inter calceis, & uerticem. Ideoq; physici hominem minorem mundum esse iudicarunt, parti dextræ habilior ascribitur motus. Læuæ firmitas maior. Vnde altera gestulationibus promptior est, altera oneri ferendo accommodator. Pudoris disciplinam etiam inter defuncta corpora natura discernit, ut si quando lada uera necatorum fluctibus euehuntur, uirorum prona supina fluitant fæminarum. Verum iam ad pernicitatis titulum transeamus.

De uelocitate, Visu, & fertitudine. Caput. V.

Rimam palmam uelocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerem cursum auit ut arenis pendentibus nulla indicia relinqueret uestigiorum. Polymnestor Milesius puer, cum à matre locatus esset ad caprarios pastas, ludicro leporem consecutus est, & ob id statim productus à gregis domino olympiade sexta et quadragesima, ut Baethus author est, uictor in stadio meruit coronam. Philippides biduo mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lacedæmonem decurrit. Anistius Lacon, & Philonides Alexandri magni cursores à Sicyone Elini magni mille ducenta sta-

diuina die transferunt. Fonteio, Vipsanoq; COSS. in
 Italia octo annos puer natus quinq; & XL. millia pas-
 sum à meridie transiuit ad uesperum. Visu deinde plu-
 vium potuit Strabo nomine, quem perspexisse per cen-
 tum XX X V millia passuum Varro significat, solitumq;
 à Carthaginē ex euntem classem punicam, numeruniq;
 manium manifestissime è Lilybitāna specula denotare.
 Cicero tradit Iliada Homeri ita subtiliter in membranis
 scriptam, ut testa nucis clauderetur. Callicrates for-
 micas ex ebore ita scalpsit, ut portio earum à ceteris se-
 cerni nequinerit. Apollonides perhibet in Scythia fæ-
 minas nasci, quæ Bithiæ vocantur, hasq; in oculis pupil-
 las geminas habere, & perimere uisu, si quem forteira-
 tæ aspexerint. Hæ sunt & in Sardinia. præualuisse for-
 titudine apud Romanos L. Sicinium dentatum titulos
 rum numerus ostēdit. Tribunus hic plebis fuit nō mul-
 to post exaltos reges. Spurio Tarpeio, A. Thermo COSS.
 Idem ex prouocatione octies uictor XL. & V. habuit
 aduersas cicatrices, intergo nullam notam. Spolia tria-
 ces ex hoste & quater cœpit. In phaleris, hastis puris, ar-
 millis, coronis trecenta XI dona meruit. Nouem im-
 peratores, qui opera eius uicerant, triumphantes prosecu-
 tis est, post hunc M. Sergius duobus stipendijs, prinio
 aduerso corpore, ter & uicies vulneratus. Secundo stu-
 pendio in prælio dextram perdidit. Qua de causa feri-
 ream sibi fecit, & cum neutra penè idonea ad prælian-
 dum ualeret, una die quater pugnauit, & uicit, sinistra
 duobus equis eo insidente confossis. Ab Annibale bis ca-
 pius refugit, cum uiginti mensibus, quibus captiuitatis for-
 tem perferebat, nullo momento sine compedibus fuerit, et

cathenis. *Omnibus asperimis prælijs, quæ tempestate illa Romani experti sunt insignitus donis militaribus à Thrasimeno, Trebia, Ticinoq; coronas ciuicas retulit, Cannensi quoque prælio, de quo refugisse eximum opus uirtutis fuit, solus accipit coronam.* Beatus profecto tot suffragijs gloriarum, ni hæres in posteritatis eius successione Catilina tantas adores odio damnati nominis obumbrasset. Quantum inter milites Sicinius, aut Sergius, tantum inter duces, immo ut uerius dicam, inter omnes homines Cæsar dictator enituit. Huius ductibus undecies centum & nonaginta duo millia cæsa sunt habuum. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit, noluit annnotari. Signis collatis quinquagies, & bisdimicauit. M. Martellum solus supergressus, qui nouies & tricies parimodo fuerat præliatus. Ad hæc nullus celerius scripsit. Nenio uelocius legit. Quaternas etiam epistolas simul diffidet perhibetur, benignitate adeo prædictus, ut quos ammis subegerat, clementia magis uicerit.

De memoria. De uoce adeptæ. De morum laude. De eloquentia. De pietate. De pudicitia, & felicitate.

Caput V.

Yrus memoria bono claruit, qui in exercitu, cui numerosissimo præfuit, nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idem in populo Romano L. Scipio. Sed & Cyrus, & Scipionem consuetudine credamus proficisse, Cynæas Pyrrhi legatus postero die, quam ingressus Romam fuit, & equestrem ordinem, & Senatum proprijs nominis

nibus salutauit. Rex Ponticus Mithridates duabus, et
 uiginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura
 dixit. Memoriam ex arte fieri palam factum est, sicut
 Metrodorus philosophus, qui temporibus Diogenis Cy-
 nici fuit, in tantum se meditatione assidua prouexit ut
 à multis simul dicta non modo sensum, sed etiam uerborum
 ordinibus detineret. Nihil autem in homine aut metu,
 aut casu, aut morbo facilius intercipi, saepe pspectum est.
Qui lapide ictus fuerat, accapimus obliuim litterarum.
 Messalam certe Corunum post agritudinem, quam per-
 tulerat, percussum proprij nominis obliuione, quilibet
 alias eius sensus uigeret. Memoriam metus perimit. In uicem
 uocis timor est incitamentum, quam nō solum auit, sed
 etiam, si nūquam fuerit, extorquet. Deniq; cum olympia
 de octaua & quinquagesima uictor Cyrus intrasset Asiae
 oppidum Sardas ubi tunc Crœsus latebat, Athis filius
 Regis mutus ad id usq; temporis in uocem erupit uitu-
 moris. Exclamasse enim dicitur, Parce patri meo Cyre,
 & te hominem esse uel casibus disce nostris. Tractare de
 moribus superest, quorum excellentia maxime in duobus
 enituit. Cato princeps Portiae gentis senator optimus, op-
 timus imperator, orator optimus. Causam tamen qua-
 dragies & quater dixit, diuersis odiorum simultibus
 appetitus, semper absolutus. Verum Scipionis Aemiliani
 laus propensior, qui præter bona, quibus Cato clarus fuit
 etiam publico amore præcessit. Vir optimus Nasica Scipio
 indicatus est, non priuato tantum testimonio, sed totius se-
 natus sacramento. Quippe quod inuentus dignior nō fuit
 cui præcipue religionis crederetur ministerium, cum ora-
 culum moneret arcessi sacra Deum matris Pessinuntiae.

plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt. Sed hoc bonum hæreditarium nunq̄ fuit, nisi in familia Curionum. In quatuor series continua oratores fuere. Magnum hoc habitum est sanè, hoc seculo, quo facundiam præcepit & humana, & diuina mirata sunt. Quippe tunc pugnatores Archilochi poetæ Apollo prodidit, & latronum facinus deo argente deteclum. Cumq; Lysander Laces dæmonius Athenas ob sideret ubi Sophoclis Tragici ihermatum corpus iacebat idētide Liber pater ducem admauit per quietem, ut sepeliri delicias suas sineret. Nec prius destitit, q̄ Lysander cognito, q̄s obiūset diem, & quid ànumine posceretur, inducas bello daret, usq; dum cōgrue supremis tabulis exequiæ ducerentur. Pindarum lyricū eo conuiuij loco, uii imminebat ruina, ne cū cæteris interiret, forinsecus eum Castor, & Pollux uocarunt, inspectantibus uniuersis. Quo effectum est, ut solus impendens periculum euaderet. Numerandus post deos Cn. Pompeius magnus intraturus Posidonij domum clarissimā tunc sapientiæ professoris, percuti ex more à lictore uetus forens, summissisq; fascibus, quālibet confecto Mithridati cōbello, & orientis uictor sententia propriacessit iannæ litterar̄. Africanus prior. Q. Enniū statuā imponi sepulcro suo iussit. Uticēsis Cato unū ex tribunatu militū philosophū, aliū ex Cypria legatione Romā aduexit, profensus plurimū se eo factō Senati & Po. Ro. contulisse, quis proamus eius sapissime censuisset Græcos urbe pellendos. Dionysius tyrannus uitatam naueni Platoni obuiam m̄ sit. Ipse cum albis quadrigis egrediente ē litore occurrēs honoratus est pfectam prudentiam soli Socrati oraculum

Delphicum adiudicauit. Pietatis documentum nobilissimum in Metellorum domo effulgit. Sed eminentissimum in plebe à puerpera reperitur. Humilis hæc, atque ideo famæ obscurioris, cum ad patrem, qui supplicij causa claustris panalibus continebatur, ægre obtinuissest ingressum, exquisita sæpius à ianitoribus, ne forte parenti cibum subministraret, alere eum uberibus suis deprehensa est. Quæ res et facium, et locum consecravit. Nam qui morti destinabatur, donatus filiæ, in memoria tantæ præconij reseruauissest. Locus dicatus suo numini Pietatis sacellum fuit. Nauis à Phrigia gerula sacrorum, dum sequitur uittas castitatis, contulit Claudia principatum pudicitiae. Et fulpitia Paterculi filia. M. Fuluij Flaccia uxor censura omnium matronarum è centum probatissimis band temere electa est, quæ simulacrum Venetis, ut Sybillini libri monebant, dedicaret. Qui attingat ad titulum felicitatis, nec dum repertus est et qui felix censi iure debuerit. Namq; Cornelius Sulla dictus potius est, quam fuerit felix. Solum certe beatum Cortina Aglaum iudicauit, qui in angustissimo Arcadiæ angulo pauperis soli dominus, nunquam egressus paterni cespitis terminis inuenitur.

ITALIA, in qua multa exponuntur, quæ ad anima-
lia tum quadrupeda, tum uolucria, & lapides pertinent.

Caput. VII.

E homine satis dictum habeo. Nunc,
ut ad destinatum reuertanur, ad loco-
rum commemorationem filius dirigen-
dus est. Atq; adeo principaliter in Ita-
liam, cuius decus iam in urbe contigi-
mus. Sed Italia tanta cura ab omnibus dieñ est, præci-
pue M. Catone, ut iam inueniri non possit, quod non uer-
terum authorum præsumperit diligentia, largiter in lau-
deni excellentis terræ materia suppetente, dum scri-
ptores præstantissimi reputant locorum salubritatem, cœ-
li temperiem, ubertatem soli, aprica collum, opata
nemorum, innocios saltus, uitium, olearumq; prouen-
tus, ouilia, pecuaria, tot amnis, lacustantos, biferatio
laria, inter hæc veseuum flagrantis animæ spiritu ua-
porantem, tepentes fontibus Baias, Colonias tam fre-
quentes, tam assiduam nouarum urbium gratiam, tam
clarum decus ueterum oppidorum, quæ primo Aborigi-
nes, Arunci, Pelaſgi, Arcades, Siculi totius postremo
Græcia aduenæ, & in summa uictores Romani condis-
derunt. Ad hæc latera portuosa, orasq; habet patentis
bus gremijs commertio orbis accommodatas. Verum
ne proſus intaſta uideatur in ea, quæ minus trita sunt
animum intendere haud absurdum uidetur, & parcus
us depaſta leuibus uestigijs inuiare. Nam quis ignorat
uel dictam, uel conditam, à Iano Ianiculum, à Satu-
rno Latium, atq; Saturnium, à Danae Ardeam, à comi-

fibus Herculis Polydem, ab ipso in Campania Pompeios, quia uictor ex Hispania Pomparam boum duxerat. In Liguria quoq; lapidarios campos, quod ibi eo dimicante creduntur saxa pluisse. Regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia, quam procaciter insidentem vias Hercules interemit, ut ferunt, Archippe nam à Marsyare ge Lydorum, quod biatu terræ haustum dissolutum est in lacum suanum. Ab Iasone templum Iunonis Argiæ. A Pelope Pisas, à Cleolao Minois filio Daunios, La pygas à Iapyge Dædali filio Tyrrhenos à Tyrrheno Lydia rege, Coram à Dardanis Agillam à Pelasgis, qui primi in Latium litteras intulerunt. A Phalero Argiū Phaliscam à Phalerio argiū Phalerios, Fescennium quoq; ab Argiūs, portum Parthenium à Phocensibus, Tybur, sicut Caco facit testimoniū, à Catillo Arcade præfecto classis Euandri, sicut Sextius ab Argiuauente Catillus enim Amphiarai filius post prodigialem patris apud Thebas interium Oecliei avi iussu, cum omni fœti uel sacro missus tres liberos in Italia procreauit Tiburium, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae ueteribus Sicanis à nomine Tiburti fratris natus maximi urbem uocarunt. Mox in Brutijs ab Ulysses extitum templum Minervæ Insula Ligæa appellata ab iecto ibi corpore Sirenis ita nominata. Parthenope à Parthenopes sirenis sepulcro, quam Augustus postea Neapolim esse maluit. Preneste, ut Zenodus refert, à Preneste Ulyssis nepote Latini filio, aut, ut Prenestini sonant libri, à Cæculo, quem iuxta igneis fortuitos inueniunt, ut fama est, Digitiorum sorores. Notum est à Philoctete Petiliam constitam. Arpos, & Bencuentu à

Dionede, Patanium ab Antenore. Metapontum à pylis,
 Scyllacium ab Atheniensibus, Sybarim à Træzenijs,
 & à sagari Aiacis Locri filio, Salentinos à Lycijs. An-
 conam à Siculis. Gabios à Galatio, & Bio Siculis fra-
 tribus, ab Heraclidis Tarentum, insulam Tensem ab Io-
 nibus. Pæstum à Dorensibus. A Myscello, et Archia Cro-
 tonam, Rhegium à Chalcidensibus, Caulonam, & Tei-
 rinam à Crotoniensibus, à Naritijs Lotros. Heretrum à
 Græcis in honorem Heræ, sic enim Iunonem græci uo-
 cant. Aritiam ab Archiloco siculo. Vnde & nomen, ut
 Cassio Heminæ placet tractum. Hoc in loco Orestes
 oraculo monitus simulacrum Scythicæ Dianæ, quod
 de Taurica extulerat, prius quam Argos peteret, conse-
 cravit, à Zanclensibus Metaurum locatum à Locrensibus
 Metapontum, quod nunc Iubo dicitur. Bocus absoluuit
 Gallorum ueterem propaginem. Umbros esse M. Anto-
 nius asseuerat eosdem quod tempore aquosæ cladis im-
 bribus superfuerunt. Umbros græce nominatos. Licinia
 placet à Mesappo græco Mesappiæ datam originem uer-
 sam postmodum in nomen Calabriæ, quam in exordia
 Oenotris frater Peucetius Peucetiam nominarat. Par sen-
 tentia est inter authores, à gubernatore Æneæ appel-
 latum Palinurum, à Tubicinæ Miseno Misenum, à
 consobrina Leucosiam insulam. Inter omnes perspicue
 conuenit à nutrice Caieta Caietam, ab uxore Lauinia
 Lauinium esse nuncupatum, quod post Troiæ excidium
 sicut Cissonius perhibet, quarto anno extructum est.
 Nec omnissimum sit Æneam & estate ab Ilio capto secundo,
 Italici litoribus appulsum, ut Heminus tradit, socijs non
 amplius sexcentis in agro Laurenti posuisse castra. Vbi

dum simulacrum, quod secum ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ ἀφεοῖται dicitur, à Diomede Palladium suscipit, tribusq; mox annis cum Latino regnat, socia potestate quingentis iugeribus ab eo accepatis. Quo defuncto summam biennio adeptus apud Numicium apparere desit. Anno septimo patris indigitis ei nomen datum. Deinde constituta ab Ascanio Longa Alba, Fidenæ, Antium, Nola à Tyrijs, ab Eubœnibus Cumæ. ibidem Sibylle facellum est, sed eius, quæ rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librum ad Cornelium usque Sullam Ponifices nostri consulebant, tunc enim una cum Capitoliо igni absumptus est, nam priores duos Tarquino superbo parcus pretium offerente, quam postulabat, ipsa exusserat, cuius sepulcrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem Sibyllam ante Troiana bella uaticina tam Boëthus perhibet, cuius plurimos uersus operi suo Homerum inseruisse manifestat. Hanc Heriphilen Erythræa annis aliquot intercedentibus consecuta est, Sibylla Laq; appellata est de scientiæ parilitate, quæ inter alia magnifica Lesbios amissuros imperium maris multo ante præmonuit, quam id accideret, ita Cumana mortis frisse post has loco, ipsa æui series probat. Ergo Italia, in qua Latium antiquum antea à Tyberinis ostijs ad usque Lyrim amneni pertinebat uniuersa consurgitæ iugis Alpium porrecta ad Reginum uerticem, & litora Brutiorum, quo in mare meridiem uersus protenditur. Inde procedens paulatim se Apennini montis dorsum attolli, extensa inter Thuscum & Adriaticum, idest inter superum mare & inferum, similis querno folio

felicit proceritate amplior, quam latitudine. Vbi longius processit in cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat aequor, alterum Siculum. Inter quas prominentias non uno margine accessum insinuati freni recipit, sed linguis projectis saepius a procurrentibus distinctum promontorijs Pelagus accipit. Ibi, ut obvia passim notemus, Arcis Tarentinæ Scyllæ a regio, cum Scyllæo oppido, & Crathe flumine Scyllæ matre, ut uetus fabulata est, Rhegini saltus, Pæstanae ualles, Syrenum saza, amoenissimus Campaniæ tractus, Phlegræi campi, Circes domus. Tarracina insula ante circumflua immenso mari, nunc aeuo necente addita continentâ, diversamq; fortunam a Rheginis experta, quos fretum medium a Siculis ui abscidit. Formiæ etiam Læstrygonibus habitatæ, multa præterea pollentissimi genijs edis ferta, quæ præterire, quam inferius exequi, natus duximus. Verum Italia longitudo, quæ ab Augusta prætoria per orbem, Capuamque porrigitur usque ad oppidum Rhegium, decies centena & uiginti millia passuum colligit. Latitudo ubi plurimum CCCX. Vbi minimum CXIXVI. millia. Arctissima est ad portum quem Annibalis castra dicunt. Neq; enim excedit quadraginta millia, Umbilicum, ui Varro tradit, in agro Reatino habet. At insolidum spatium circuitus universi uicies quadragies nouies centena sunt. In quo ambitu aduersa Locrensum fronte ortus a Gadibus finitur Europæ sinus primus, nam secundus a Lacino auspicatus in Acroceramnijs metas habet. Ad hæc Italia pado clara est, quem mons Vesulus superantissimus inter iuga Alpium gremio suo fundit Visendo fonte in Ligu

rum finibus, unde se primum Padus proruit, subinerat
 susq; cuniculo rursus in agro Vibonensi extollitur, nulli
 annuum inferior claritate. A' græcis dictus Ηριόδος.
 Intumescit exortu canis, tabefactis niubus & liquentibus
 bus brumæ pruiniis, auctusq; aquarum accessione XXX.
 flumina in Adriaticum defert mare. Est è memorabilibus
 inclytum, & insigniter per omnium ora uulgatum,
 quod per paucæ familiae sunt in agro Phaliscorum, quos
 Hirpos vocant. Hi sacrificium annuum ad montem So-
 raetem Apollini faciunt. Idq; operantes gestulationi
 bus religiosis impune exultant, ardentibus lignorum
 struibus, in honorem diuinæ rei flamnis parcentibus,
 ob cuius deuotionis ministerium munificentia senatus ho-
 norata Hirpis perpetuo munera uacationem dedit con-
 sulto omnium. Gentem Marsorum serpentibus illasam
 esse nihil mirum. A' Circes filio genus ducunt, & de
 auita potentia deberi sibi sentiunt seruitum uenenorum,
 ideoq; uenena contemnunt C. Cælius Oeta tres filias
 Angitiam, Medeam, & Circen dicit fuisse, Circen Ciri-
 caeos in sedisse monte, carminum maleficijs uarias imagi-
 num facies mentientem, Angitiam vicina fucino occuli
 pavisse, ibi q; salubri scientia aduersus morbos resistente
 cum desisset hominem uiuere, deam habitam. Medeam
 ab Iasone Butroti sepultam, filiumq; eius Mrsis impe-
 rasse. Sed quis Italia habeat hoc præsidium familiare à
 serpentibus non penitus libera est. Deniq; habitatores ab
 Amyclis, quas ante a græci condiderunt, serpentibus fugi-
 uere, illic frequens Vipera insanabili morsu. Breuior hac
 cæteris, quam in alijs adueramus orbis partibus, ac pro-
 pterea, dum respectu est, facilius nocet. Calabria Chit-

Sydris frequentissima est, & Boam gignit, quem angue ad immensam molem ferunt coalescere, Captat primo greges bubulos, & quæ plurimo latteriqua bos est, eius se uberibus innescit, suetuq; continuo saginata, longo seculo ita funebri facietate ultimo exuberatur, ut obscurare magnitudini eius nulla uis queat. Postremo des populatis animantibus regiones, quas obfederit ad uastitatem cogit. Deniq; D. Claudio principe in loco ubi Vaticanus ager est, in alveo occiso Boæ spectatus est solidus infans. Italia lupos habet, qui cum ceteris similes non sint, homo quem prius uiderit, conticescit, & anticus patis obtutu nocentis licet clamandi uotum habeat, non habet uocis ministerium. Sciens de lupis quulta pretereo. Spectatissimum illud est, quod caudæ animalis huius uillus amatorius inest peregrinus, quem sponte neo damno abicit, cum capi metuit, nec habet potentiam nisi uiuenti detrahatur. Coeunt lupi toto anno non amplius dies XII vescuntur in fame terra. At ij, quos Ceruarios dicimus quanuis post longa ieunia repetas egre carnes mandere cœperint, ubi quid casu respiciant obliuiscuntur, & immemores praesentis copiae eunt quæsum, quam reliquerunt satietatem. In hoc animalium genere numerantur & Lynces, quarum urinas coire in duridem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius sunt persecuti. Istud etiam ipsas Lynces per sentiscere hoc documento probatur, quod egestum liquorem ilico arenarum cumulis, quantu ualent, contegunt, iuidia scilicet, ne talis egeries transeat in nostrum usum, ut Theophrastus perhibet, lapidi isti succini color est, pariter spiritu attrahit propinquauia, dolores renum se-

dat, medetur regio morbo. Λυγνούειος græce dicitur, cicadæ apud R̄eginos inuitæ, nec usquam alibi, quod silentium miraculo est, nec immerito, cum uicinæ, quæ sunt Locrensum ultra cæteras sonitent. Causas Granus tradit, cum obnurmurarent illic Hercule quiescente, deum iussisse ne streperent. Itaque ex eo cœpum silentium permanure. Ligusticum mare frutices procreat, cui quantisper fuerint in aquarum profundis, fluxu sunt tractu propè carnulento. Deinde ubi in supra attolluntur, geminis natalibus derogatis lapides fiunt. Nec solum qualitas illis tantum, sed & color uertitur, nam puniceo protinus erubescunt. Ramuli sunt quales arborum uisimus ad scinpedem frequentius longi, raro est pedaneos deprehendi. Excluduntur ex illis multa gestamina. Habet autem, ut Zoroastes ait, materies hæc quamdam potestatem, ac propterea quicquid inde fit, habetur inter salutaria Ciralium alijs dicunt. Nam Metrodorus yogi' aij nominat. Idem est, quod resistat typhoniibus & fulminibus affirmat. Eritur gemma in parte Lucaniæ facie adeo incunda, ut languenter intrinsecus stellas, & sub nubilo renidenteis crocco colore perfundat. Et quoniam in litore Syrtium inuenta primo est, Syrtites uocatur. Est & Veientana gemma à loco dicta, cui in gricoloris superficies nigra, quam ad gratiam uarietatis albi limites intersecant, notis candidatis. Insula quæ Appulie oram uidet tumulo, ac delubro Diomedis insignis est, & Diomedeads aueis sola nutrit. Nam hoc genus alitis præterquam ibi non usquam gentium est, idq; solum poterat memorabile indicari, nisi accederent non omittenda. Forma illis penè, quæ Fulvis, color

tis, color candidus, ignei oculi, ora dentata, congreges
 uolitantes, nec sine ratione per gendi duces duæ sunt, quæ
 regant agmen. Altera agmen anterit, altera insequitur,
 illa ut ductu certum iter dirigat, hæc ut instantium ur-
 geat tarditatem. Hæc in meatibus disciplina est, & cum
 fœtuum adest tempus, rostro scrobeis excavant. Deinde
 surculis inuersum suppositis, imitantur texta cratum,
 & sic contingunt subtercauta, & ne operimenta desint,
 si forte lignorum casas ueni auferant, hanc struens com-
 primunt terra, quam egeffrant, cum puteos excava-
 rent. Sic nidos moluntur bisori accessu nec fortuito,
 adeo ut ad plagas cœli metiantur exitus, uel ingressus.
 Aditus, qui dimitit ad pastus, in orum destinatur, qui
 excipit reuertenteis occasum uersus est, ut lux & mora-
 teis excitet, & recaptui non dene getur. Leuaturæ aluum
 aduersis flatibus subuolant, quibus proluuies longius au-
 feratur. Indicant inter aduenas, si græcus est, & propius
 accedunt, & quantum intelligi datur, ut ciuem blan-
 dius adulantur. Siquis erit gentis alterius inuolant, &
 impugnant. Ædem sacram omni die celebrant studio
 huinsmodi. Aquis imbuunt plumas, alisq; impendio
 madefactis confluunt rorulentæ, ita ædem excusso humo-
 re purificant. Tunc pinnulis superplaudunt. Inde
 discedunt quasi per affare religione. Ob hoc ferunt Dio-
 medis socios aueis factos. Sanè ante aduentum Ætolii
 ducis nomen Diomedis non habebant. Inde sic dictæ.
 Italicus excursus per liburnos, quæ gens Asiatica est, pro-
 cedit in Dalmatiæ pedem, Dalmatia in limitem Illyrii
 cum, quo sive Dardani sedes habent homines ex Tro-
 iana prosapia in mores barbaros efferañ. At ex altera

parte per Ligurum oram in Narbonensem prouinciam
 pergit, in qua phocenses quondam fugati Persarum ad
 uentu Marsiliam urbem olympiade quadragesima quin
 ta condiderunt. C. Marius bello Cimbrico factis manu
 fossis inuitauit mare pernitiosamq; feruentis Rhodani
 navigationem temperauit, qui annis precipitatus alpi
 bus primo per Heluetios ruit occursantium aquarum ag
 mina secum trahens, auctuq; magno, ipso, quod inua
 dit, fretu turbulentior, nisi cum fretum uentis excita
 tur. Rhodanus sicut & cum serenum est, atque ideo
 inter tres Europæ maximos fluuios, & hunc compre
 tant, Aquæ quoque Sextiæ eo loco claruerunt, quondam
 hyberna consulis, postea exultæ mœnibus. Quarum ca
 lor olim acrior exhalatus per tempora euaporauit, nec
 iam par est famæ priori. Si græcos cogitemus, præstatres
 spicere litus Tarentinum. Vnde à promontorio, quod Ai
 cren Iapygian vocant, Achaiam cursum destinantibus
 assissima navigatione est. Flebendus hinc stylus est terrarumq;
 vocant alia, & longum est, ut moratim insularum
 omnium oras legamus quascunque promontoria Itali
 ca prospectant, quânis sparsæ recessibus amœnissimis,
 & quodam naturæ quasi spectaculo expositæ non erant
 obmittendæ. Sed quantum residendum est, si dilatis que
 præcipua sunt per quandam desidiam, aut Pandateri
 am, aut Prochytam dicamus, aut ferri feracem Vilbâ,
 aut Caprariam, quam græci οὐ γένεν dicunt, aut
 Planasiam, de facie supinitatis sic vocatam, uel ab Ulyssis
 erroribus, uel Columbariam cuius huius nominis ma
 trem, uel Iacesiam, quæ Ulyssis proditur specula, uel
 Enaria & einarinen ab Homero nominatam, aliis

asq; non secus latas, inter quas Corsicam plurimi in dis-
cendo latius circumiecti plenissima narrandi absolu-
runt diligentia, nihil' que omissum, quod retractari non
sit superuacuum, ut exordium incolæ Ligures deder-
int, ut oppida ibi extorta sint, ut Colonias ibidem du-
xerunt Marius, & Sulla, ut ipsam Ligustici sinus æquor
alluat, sed hæc faceſſant.

De Corsica, & Catochite lapide. Cap. VIII.

Erum ager Corsicanus, quod in eo agro
solus edit unicum est, quem Catochiten
uocant lapidem fatu dignissimum. Maior
est ceteris, qui ad ornatum destinantur,
nec tam gemma quam cautes. Idem impositas manus
detinet ita sciunctis corporibus adnectens, ut cum ipsis
hæreat, quibus tangitur. Sed ei inest uelut de glutino len-
tiori nescio quid par, atq; gummi. Accepimus Democri-
tum Abderiten ostentatione scrupuli huius frequenter usum
ad probandam occultam naturæ potentiam in certaminib;
bus, quæ contra Magos habuit.

De Sardinia. De Solfuga. De Sardoniam herba. De ad-
mirandis aquarum viribus. Caput IX.

Ardinia quoque, quam apud Timæum
Sadaliaten legitimus, Ichnus an apud Chry-
sippum, in quo mari sita sit, quos incolas
rum authores habeat satis celebre est. Ni-
hil ergo attinet dicere, ut Sardus ab Hercule, & Norax

à Mercurio procreati, cum alter ab Libya, alter ab usq; Tarteso Hispaniae in hosce fineis permeassent à Sardo terræ à Norace Noro oppido nomen datum. Mox Ari, stæum regnando his proximum in urbe Corali, quam condiderat, ipse coniuncto populo utriusq; sanguinis se iugis usq; ad se gentes ad unum morem coniugasse imperium ex insolentia nihil aspernatas. Sed et hic Arius stæus Iolaum creat, qui ad id locorum agros ibi infestit. Præterea et Ilienseis, et Locrenseis transeamus. Sardinia est quidem absq; serpentibus. Sed quod alijs locis serpens, hoc Solfuga Sardois agris. Animal pere xiguum, simileque Araneis forma, Solfuga dicta, quod diem fugiat. In metallis argentarijs plurima est, nam solum illud argenti diues est, occultim reptat, et per imprudentiam supersedentibus pestem facit. Huic incommodo accedit et herba Sardonie, quæ inde fluijs fontanis prouenit largius iusto. Ea si edulio fuerit, uescetibus neruos contrahit, rictu ora diducit, ut quimor tem oppetunt, uelut Tridentum facie intereant. Contra quicquid aquarum est uarie commodis seruit. Stagna pi sculètissima, hybernæ pluviæ in aestuam penuriam reseruantur. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cœlo habet. Hoc collectaneū depascitur, ut sufficiat usui, ubi defecerint scaurigines, quæ ad uictum usurpari solent. Fontes sanè calidi et salubres aliquot locis efferuerunt, qui medelas afferunt, aut solidant ossa fracta, aut abolent à Solfugis inferum uenenum, aut etiam ocularias dissipant ægritudines. Sed qui oculis medentur, et coarguendis ualent furibus. Nam quisquis sacramē tum raptum negat lumina aquis atrectat. Vbi periuiri

non est, cernit clarus si perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admissum tenebris fateatur.

De Sicilia, & Peloriade terra & de aquis memoran
dis & montibus. Caput. X.

I respiciamus ad ordirem temporum, uel
locorum, post Sardiniam res uocant siccus
læ. Primo quod utraq; insula in Romanam
potestate redacta iisdem temporibus pro-
vincia facta est, cum eodem anno Sardiniam M. Vale-
rius, alteram C. Flaminius prætor sortiti sunt. Adde qd
fretos siculo excipitur nomen Sardoi maris. Ergo Sicilia,
quod cum primis assennadu est, diffusis promontorijs tri-
quetra specie figuratur. Pachynus aspectus in Pelopone-
sum, & meridianam plagam dirigit. pelorus aduersa
uespero Italiam uidet. Llybæus in Africam extenditur.
Inter quæ pelorias præstat soli temperamento egregia,
quod neq; humido in lutum diluatur, neq; fatiscat in ua-
gum puluerem siccitate, ea ubi introrsum recedit, & in la-
titudinem panditur, tres lacus opinet. Quorum unus
quod piscium copiosus est, non equidem ad miraculu-
xerim, sed quod ei proximas condensis arbustis inter uiro-
gultorū opaca feras nutriat, & admissis uenantibus per
terrenos tramites, quibus pedestres accessus excipit, du-
plicem piscandi, uenandiq; pbeat uoluptate. Numeratur
inter eximia Tertium, ara sacrum approbat, quæ in me-
dio sita breuia diuidi à profundis, qua adeā pgitur aqua
et uretenus puenit. Quod ultra est nec explorari licet, nec
attinigi. Et si fiat, qui id ausus sit malo plectitur, quantaq;

IVLII SOLINI

sui partem inqurgitauerit, tantam si perditum. Ferunt quendam in hoc alta quantam longissimam poterat ie-
cisse lineam, eam ut recuperaret, dum versus brachio nisi
sum adiuuat, cadaver manum factam. Peloritana ora
habitatur colonia Taurominia, quam prisci Nazum no-
abant. Oppidum Messanaregio Italæ, oppositum est,
quod R̄hegium à dehiscendi argimento ē h̄y 10, græci
dicitabant. Pachyno multa tunnorum inest copia, E-
chinis, & omnibus mari nantibus pisculentissimum, ac
propterea semper captura larga. Lilybitano Lilybæum op-
pidum decus est, Sibyllæ sepulcro. Sicania diu ante Troia-
na bella Sicanus rex nomen dedit, aduectus cum amplis-
sima Hiberorum manu. Post Siculus Neptuni filius. In
hāc plurimi Corinthior̄, Argiōr̄, Iliensium, Doriēsiū,
Cretensium confluxerunt. Inter quos Dædalus fabricæ
artis magister principēi Vrbiū Syracusas habet. In qua
etiam cum hyberna conduntur serena nullo non die sole.
Adde quod Arethusa fons in hac urbe est. Eminet monte-
bus Ætna, & Erix. Vulcano Ætna sacer est. Erix Veneti-
ri. In Ætnæ uertice hiatus duo sunt, crateres nominati, p
quos eructatus erumpit uapor, præmisso prius fremitu,
qui pæstuantes cavae nares latebras longo nūgitu it raters
ræ uiscera diu uoluitur, nec ante flammaturum globos attol-
lit, q̄ interni strepitus antecedat. Mirum hoc est, nec il-
lud minus, quod in illa seruentis naturæ peruicacia mixtas
ignibus niueis profert, & licet uastis exudetur incendijs,
apices canicæ ppeta brumalem detinet faciem. Itaq; in-
uicta in utroq; uiolentia, nec calor frigore miti gatur, nec
frigus calore dissoluitur. Sunt & ali' montes duo Nebra-
des et Neptunius. E Neptunio specula ē in pelagus Thys-

scum, & Adriaticum. Nebrodi Damarum copiam natum dedit. Damæ & hinnuli gregatim peruagantur. In de Nebrodes dictus. Quicquid Sicilia gignit sive soli, siue hominis ingenio proximum est, ijs quæ optima iudicantur, nisi quod foetus terræ centuripino croco uincitur. Hic primum inuenta comœdia, hic & cauillatio mimis in scena stetit. Hic domus Archimedis, qui iuxta sydereum disciplinam machinarius commendator fuit. Hic Lais illa, quæ eligere patriam maluit, q̄ sateri, Gentem Cyclopum uasti testantur specus. Lastrygonum sedes ad hoc sic uocantur. Ceres inde magistra sationis frumentariae. Hic ibidem campus Etnensis in floribus semper & omni uernus die. Quem propter demersum est foramen, quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ libere exterritum fama est in lucem ausum. Inter Catinam & Syracuse certamen est de illustrium fratrum memoria, quo rum nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinenſes audiamus Anapias fuit, & Amphionomus, si quod malunt Syracuse, Emanthiam putabimus, & Critonem. Catinenſis tamen regio causam dedit factō, in qua se tum incendia Etnæ promulſent, iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas mirata est, ut sepulcri locus nomine naretur campus Piorum. De Arethusa, & Alpheo uerum est, hadenus quod conueniunt fons, & amnis. Fluminum abunde uaria miracula. Dianam, qui ad Camerinam fluit nisi habitus pudice hauserit, non cohibet in corpus unū latex uineus, & latex aquæ. Apud Segestanos Helbesus in medio flumine subita aestuacione feruet. Ac in quanuis demissum Etna, nullus frigo

IVLII SOLINI

re anteuertit, Himerum cœlestes mutant plагæ. Amarus
 denique est dum in Aquilonem fluit, dulcis ubi ad meri
 dieni flectitur. Quanta in aquis tanta nouitas in salinis.
 Salem Agrigentinum si igni iunxeris, soluitur ustione,
 cui si liquor aquæ proximauerit, crepitat uelut torreatur.
 Purpureum Etna mittit, in Pachyno transflucidus in-
 uenitur. Cætera salinariorum metalla, quæ sunt, aut Ag-
 rigento, aut Centuripis proximantia funguntur can-
 tum ministerio. Nam illinc excidunt signa ad faci-
 es hominum, uel deorum. Themitanis locis insula
 est arundinum frax, quæ maxime accommodatissi-
 mæ sunt in omnem sonum tibiarum, siue præcintorias
 facias, quarum locus est ad puluinaria præcinendi, siue
 Vascas, quæ foraminum numeris præcentorias antece-
 dunt, siue Puellatorias, quibus à sono clariore uocamen-
 datur, siue Gingrinas, quæ breviores licet, subtilioribus
 tamen modis insonant, aut Miluinas, quæ in accentus
 exeuunt acutissimos, aut Lydias, quas & Turarias di-
 cunt, uel Corinthias, uel Ægyptias, alias ue à musicis
 per diuersas officiorum, & nominum species separatas.
 In Helesina regione fons aliâs quietus & tranquillus
 cum siletur si insonent tibiæ, exultabundus ad cantum
 eleuatur, & quasi miretur dulcedinem uocis ultra mar-
 gines intumescit. Gelonium stagnum retro odore abi-
 git proximantes. Ibi & fontes duo. Alter si sterilis
 sumpserit, fœcunda fiet, alter si fœcunda hauserit, uer-
 titur in sterilitatem. Stagnum Petrensum serpentibus
 noxiū est homini salutare. In lacu Agrigentino oleum
 supernatat. Hoc pingue hæret arundinum comis de asse
 duo uolutabro, è quarum capillamentis legitur unguentum

um medicum contra armentarios morbos. Nec longe in de collis Vulcanius, in quo qui diuinæ rei operantur, ligna uitæ super aras struunt, nec ignis apponitur in hæc congeriem, cum porcicias intulerint. Si adest deus, si sacrum probatur, sarmenta licet uiridia ignem sponte consipiunt, & nullo inflagante à litato numine fit incendiun. Vbi e pulantibus alludit flamma, quæ flexuosis excessibus uagabunda, quem contigerit non adurit. Nec aliud est, quam imago nuncia perfecti rite uotū. Idem ager Agrigentinus eructat limosas scaturigines, & ut uenæ fontium sufficiunt riuis subministrandis ita in hac Siciliæ parte solo nunquam deficiente reiectione terræ terra euomit. Achatem lapidem Sicilia primum edidit in Achatis fluminis ripis repertum, non uilem cum ibi tantum inueniretut. Quippe inter scribentes eum uenæ naturalibus sic notant formis, ut cum optimus est, uarias perferat rerum imagines. Vnde anulus Pyrrhi regis, qui aduersus Romanos bella gessit non ignobilis famæ fuit. Cuius gemma Achates erat, in quo nouem Musæ cum insignibus suis singulae & Apollo tenens citharam uidebantur non impressis figuris, sed ingenitis. Nunc diversis locis appetit. Dat Creta, quem Civaliachatem uocant curalio similem, sed illitum guttis auro micantibus, & scorpionum icteribus resistentem dat India reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem uidisse oculis fuit, quique intra os recæpius sedat fitim. Sunt & qui usq; redolent mirrhæ odorē. Achates sanguinis maculis irrubescit. Sed qui maxime probantur uitream habent perspicuitatem, ut Cyprus. Nam qui sunt facie cerea abundantes trinaliter

IVLII SOLINI

*negliguntur. Omnis ambitus huius insulae clauditur statim
diorum tribus millibus.*

De insulis vulcanijs.

Caput

XI.

In freto siculo nō pugniat insula XXV.
millibus passuum ab Italia absunt. Itali
vulcanias vocant. Nam et ipsa na-
tura soli ignea per occulta commertia,
aut mutuatur Aetna incendia, aut subministrat. Hic di-
cta sedes deo ignium. Numero septem sunt. Lipara no-
men dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolum rexit. Al-
teram Hieram vocauerunt, ea praecipue Vulcano sacra-
ta est, et plurimum colle eminentissimo nocte ardet.
Strongyle tertia, aoli domus uergit ad solis exortum mi-
nime angulosa, quae flammis liquidioribus differt acete-
ris. Haec causa efficit, quod ex eius funio potissimum in
cole praesentiscunt, quinam flatus in triduo portendant.
Quo factum, ut Aeolus rex ventrum crederetur. Didyma
men, Ericusam, Phoenicisam, Euonymon, quoniam simili-
les sunt distas habemus.

Ex tertio Europae sinu Epeirus. Aetolia, Peloponnesus,
Attica, Boeotia, Phocis. Multae insulae, et in his memo-
randa omnia.

Caput. XII.

Eritis Europae sinus incipit ab Acroceram
nijs montibus, desinit in Hellespontum, in
eo apud Melosso, ubi Dodonei Iouis tem-
plum est, Tomarus mons est. Circa radice

Centeno fonte nobilis Theopompo. In Epeiro sacer fons
 est, frigidus ultra omnes aquas, & spectatæ diuersitatis.
 Nam si in eo ardenter demergas facem extinguit, si pro
 cul, ac sine igne admoueras, suopte ingenio inflammat.
 Dodone Ismaro celsa est. Delphis Cephiso flumine, Ca-
 stalio fonte, & Parnasi iugis celebris. Acarnania Ara-
 cynto eminet. Hanc ab Ætolia Pindus diuidit, qd Ache-
 loum parit, cum primis Græciæ amnibus præditum uer-
 tericlaritate. Nec iniuria cum inter calculos, quibus ripæ
 eius micant inueniatur Galachites, qui scrupulus ipse ater-
 siteratur, reddit succum album ad lactis saporem. Fœ-
 minis nutrientibus illigatus fœcundat ubera, sub nexus
 paruulis largiusculos haustus facit salinarum. Intra os re-
 ceptus liquefecit, cum scluitur, tantum memoria bonum
 perimit, quem post Nilum Achelous dat, tertium nemo.
 Propter oppidum patras Scæssa locus nomen collum
 opacitate umbrosus, & radijs solis fermè inuisus, nec
 aliam ob causam memorabilis. In Lanconia spiraculum
 est Tænaron. Et Tænaron est promontorium aduersum
 Africæ, in quo fanum est Methymnæi Arionis, quem
 delphine eò aduectum imago testis est ærea ad effigiem
 casus, & ueri operis expressa. Propterea tempus signa-
 tum olympiade unde trigesima, quam in certamine Si-
 culo idem Arion uictor scribitur, id ipsum gestum proba-
 tur. Est & oppidum Tænaron nobili uenustate. Propter
 rea aliquot urbes, inter quas * Leuctræ non obscuræ iam
 pridem Lacedæmoniorum fœdo exitu. Amyclæ silentio
 suo quondam pessundatae. Sparta insignis cum Poli-
 lucis, & Castoris templo, tum etiam Otryadis illustris
 uirilis Theramne, unde primum cultus Diana. Pi-

tanè, quam * Archesilaus Stoicus inde ortus prudentia
 suæ merito in lucem extulit. Anthea, & Cardamyle, ubi
 quondam fuere Thyræ, nunc locus dicitur, in quo an-
 no XVII Regni Romuli inter Laconas, & Argi-
 uos memorabile fuit bellum. Nam Taygeta mons, &
 flumen Eurotas noctiora sunt, quam ut stylo egeant. Ina-
 chus Achaiae amnis Argolicum secat tractum, quem
 rex Inachus à se nominauit, qui exordium Argiuæ noi-
 bilitati primus dedit. Epidauro decus est Æsculapij sa-
 cellum, cui incubantes ægritudinum remedia capes-
 sunt de monitis somniorum. Pallanteum Arcadiæ op-
 pidum, quod platio nostro per Euandrum Arcada ap-
 pellationem dederit, sat est admonere, in qua montes
 Cyllenæ & Lycaeus, Mænalus etiam dijs alumnis ini-
 claruerunt. Inter quos nec Herymantus in obscuro esse
 Inter flumina Herymantus Herymanto monte demissus
 est, & Ladonille, Herculis pugna hic planè clarescunt.
 Varro prohibet fontem in Arcadia esse, cuius interimat
 haustus in eadem terrarum parte de aliis hoc for-
 lum esse non indignum relatu conperimus, quod
 cum alijs locis Merula fulua sit, circa Cylleneum candi-
 dissima est. Nec lapidem spreuerimus, quem Arcadia
 mittit, Asbesto nomen est, ferri colore. Hic accensus fel-
 mel extingui non potest. In Megarensium sinum Isthmos
 exit ludis quinquennalibus, & delubro Neptuni inti-
 clytus. Quos ludos ea propter institutos ferunt, quod
 finibus quinque Peloponnesi ora abluuntur. A septentrio-
 ne, Ionio, ab occidente, siculo, à brumali occidete, Ægæos
 à solstitiali oriente, Myrtoo, à meridie, Cretico. Hoc spe-
 ctaculum per Cypselum tyrannum intermissum est

vinthij olympiade quadragesimana solennitati prisū
 nā reddiderunt. Ceterum peloponneson à Pelope Re-
 ge datum nomen indicio est. Ea ut Platani folium reces-
 fibus, & prominentis figurata diuortium facit inter io-
 nium, & Aegeum mare, quatuor non amplius milli-
 bus dispescens utrung; litus excursu tenui, quem Isthmon
 dicunt ob augstias. Hinc Hellas incipit, quam proprie-
 teram uolunt esse Graciam. Quæ nunc Attica Aðe pri-
 us dicta Ibi Athenæ, cui urbi saxa Scyronia propinqua
 sunt porrecta sex millibus passuum ob honorem ultioris
 Thesei & memoriam nobilis pœna sic nominata. Ex istis
 rupibus Ino se cum Palamone filio in profundum præ-
 cipitem iacula auxit maris numina. Nec Atticos
 monteis in partem tacebimus. Est Icarius, est Briles-
 sus, est Lyctabetthus, & Egylus. Sed Hymetto me-
 rito ac iure attribuitur principatus, quod appriue flo-
 rulentus eximio mellis sapore, & exteros omnes, &
 suos uincit. Callirrhoen stupent fontē, nec ideo * Crine-
 son fontem alterum nulli rei numerant. Atheniensibus
 iudicij locus est Ariopagus, Maratho campus factus
 memorabilis opinione prælii cruentissimi. Et multæ
 quidem insulæ obiacent Atticæ continenti, sed suburbâ
 ne fermè sunt. Salamis * Sunium, * Cœs Cœs, quæ,
 ut Varro testis est, subtilioris uestis amicula arte lamifi-
 ca prima in ornatum fœminarum dedit Bœotia. The-
 bis enit. Thebas condidit Amphion, non quod lyra sa-
 xa duxerit, neque enim pars est ita gestum uideri, sed
 quod assatus suauitate homines rupium incolas, & in-
 cultis moribus rudeis ad obsequij ciuilis pellexerit dis-
 ciplinam. Vrbs ista numinibus apud se ortis gloriatur

ut perhibent qui sacris carminibus Herculem, & Liberum celebrant. Apud Thebas Helicon lucus est. Citheron saltus. Amnis Ismenius, Fontes Arethusa, Oedipodia, Psammate, Dirce. Sed ante alios Arganippe, & Hippocrene. Quos Cadmus litterarum repertor primus, quoniam equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur, quænam adisset loca incensa est licentia poetarum, ut pariter utrumque disseminaretur, scilicet quod eorum alter alitis equi ungula solicitatus foret, alter potius facundia animas irrigaret. Et quod aperta foret alitis equi ungula, & quod poti inspirationem facerent litterariam. Eubœa insula laterum obiectu efficit Aulidis portum, sicutis traditum græcæ coniurationis memoria Bœotia ijdem sunt, qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephisus amnis se in maria condit. In hac continentia Opuntius sinus, Laryssa oppidum, Delphiramne quoque in qua Amphiarai fanum, & Phidiacæ signum Diana. Varro opinatur duo in Bœotia esse flumina, natura licet separati, miraculo tamen non discrepante. Quorum alterum si ouillum pecus debilitat pullum, fieri coloris, quem induerit. Alterius hanc sunt quæcumque uellerum fusca sunt, in candidum uerti. Addit etiam uideri ibi putum pestilentem, cuius liquor mors est haurientibus. Perdices sane cum ubique liberæ sint, ut aues uniuersæ, in Bœotia non sunt. Nec cum uolant sui sunt iuris. Sed in ipso aere quas transire non audiunt, metas habent. Inde ultra notatos iam terminos nunquam exeuunt, nec in Atticum solum transmeant. Hoc Bœotij proprium. Nam quæ communia sunt omnibus generatim post persequenur. Conciannantur à Palli

diabibus nidi munitione sclerū. spineis enim fruticibus,
ac surculis receptus suos uestiunt, ut animalia, quæ infestant,
arteantur à spinis surculorum. Ovis stragulum
puluis est, atque clanculo reuertuntur, ne indicium lo-
cū conversatio frequens faciat. Plerunque fœminæ trans-
uehunt partus, ut mares fallant, qui eos impatientius
affligunt sapissime adulantes. Dimicatur circa connubium,
uicos que credunt fœminarum uice uenerem
sustinere. Ipsas libido sic agitat, ut siuentus à mascu-
lis flauerit, siant prægnantes odore. Tunc si quis hor-
minum ubi incubant, propinquabit, egressæ matres ue-
nientibus sese sponte offerunt, & simulata debilitate
uel pedum, uel aliarum quasi statim capi possint, gressu-
sus fingunt tardiores. Hoc mendacio sollicitant obuios,
& eludunt, quo ad prouecti longius à nidis auocen-
tur. Nec in pullis studium segnius ad cauendum.
Cum enim uisos se persentiscunt, resupinati glebulas
pedibus attollunt, quarum obtentu tam callide protegu-
tur, ut lateant etiam deprehensi.

De Thessalia, & Magnisia, & altissimis montibus,
& Philippo Macedonum Rege, cui alter oculus ad Me-
thonenerum est. Caput XIII.

Hessalia eadem est & Haemonia, quam
Homerus θελασγιγὸν αἴγυος nominat. Vbi genitus Hellen, à quo Reges Helle-
nes nominati. Huius à tergo Pierus ad Macedoniam pro-
tenditur, quæ deuicta sub Macedonum uenit iugum.
Multæ ibi oppida, flumina multa de oppidis egregia

Sunt Phthia, Larissa, Thessalia, et Thebae. De amnibus
 Penens, qui propter Ossam, Olympumque; decurrens col-
 libus dextra, lauaque; mollitur curuis, nemorosis convallis
 bus Thessalica facit tempe, undisque; apertior Macedonis
 am ac Magnesiam interluens, inter Thermæum sinum
 conditum. Thessaliæ sunt Pbarsalici campi, in quibus ciui-
 lium bellorum intonuerunt procellæ. Ac ne in monteis
 rotos eamus, Pindum, et Othrym agitent, qui Lapi,
 tharum originem prosequuntur. Ossam, quos Centau-
 rorum fabulis immorari iuvat. Pelion autem nuptiale
 coniuium Thetidis, atque Pelei in tantum notiæ obtui-
 lit, ut taceri de eo magis mirum sit. Nam Olympum ab
 Homero non per audaciam celebratum docent qui in eo
 uisitantur. Primum excellenti uertice tantus attollitur,
 ut summa eius cœlum accolæ uocent. Ara est in cacum-
 ne Ioui dicata, cuius altaribus siqua de extis inferuntur,
 nec diffitantur uento sis spiritibus, nec pluvijs diluuntur,
 sed uolente altero anno cuiusmodi relicta fuerint, eius-
 modi reperiuntur. Et omnibus tempestatisbus à corrupte-
 lis aurarum uindicatur quicquid ibi scel est Deo conse-
 cratum. Litteræ in cinerem scriptæ usque ad alteram anni
 cærimoniam permanent. In regione Magnesia Methone
 oppidum suum est, quod cum ob sideret Philippus Ale-
 xandri Macedonis magni pater, damnatus est oculo istu-
 sagittæ, quam ieccrat Aster oppidanus inscriptam suo
 nomine, loco uulneris nomine, quem petebat. Populum
 istum callere artem sagittariam credere possumus, uel
 de Philoctete, quonia Melibœa in hoc pede cōputatur.
 Sed ne transeamus præsidium poeatarum, fons Libe-
 thrus, et ipse Magnesiae est.

De Macedonia, & Regum successione, ac Peanite la
pide. Caput XIII.

vi Edonij quondam populi, quæq; Myg-
donia erat terra, aut Pierium solum, uel
Emathium, nunc omne uniformi vocula.
Macedoniæ res est, & partitiones, quæ spe-
cialiter antea se iungebantur, Macedonum nomini con-
tributæ, factæ sunt corpus unum. Igitur Macedoniam
præcingit Thracius limes, meridiana Thessaliæ Epiros
tæ tenent, à uesperali plaga Dardani sunt & Illyrij,
qua Septentrione tenditur, Pœunia, ac Pelagonia prote-
gitur. A Triballis montanis excessibus aquilonio frigo-
ri obiecta. Inter ipsam, & Thraciam Strymo amnis fa-
cit terminum, qui ab Hæni iugis irrigatur. Verum, ut
fileam, aut Rhodopen Mydonium montem, aut Atho
Classibus persicis nauigatum, continentiq; abscissum mil-
lequin gentorum passuum longitudine. Simul de auri
uenis, & argenti quæ optimæ in agris Macedonum,
& plurimæ eruntur, Orestiden dicam populi sunt, qui
ut Orestidæ dicerentur, inde cæptum. Mycenis profugus
matricida cum abscessus longius destinasset, natum sibi
in Æmathia parvulum de Hermione, quam in omnes
casus sociam descuierat, hic mandauerat oculendum.
Adoleuit puer in spiritu regij sanguinis nomen pa-
tris sui referens. Occupatoq; quicquid esset, quod proce-
dit in Macedonicum sinum, & Adriaticum salutem ter-
ram, cui imperitauerat Orestiden dixit. Admonet Phle-
gra, ubi ante q; oppidum fieret, rumor est militiam mun-
di dimicatam cum gigantibus, us penitus persequamur
Pomp.

quantis probationibus ibidem imperij indicia diuina
 expedidonis in hoc seculo perseverarint. Illic siquando,
 ut accidit, nimbis torrentes excitantur, & aucta as-
 quarum ponderaruptis obiciibus ualentius se in campos
 ruunt eluione, ossa etiam nunc ferunt detegi, quæ sunt
 ad instar corporis humani sed modo grandiore, quæ ob
 enormem magnitudinem monstrofi exercitus iactitant
 extitisse, idq; adiuuatur argumento saxorum immanium,
 quibus oppugnatum cœlum crediderunt. Pergam
 ad residua, quæ in Thessaliā & Haemoniam porri-
 guntur. Sunt enim arrectiora, quam usquam proce-
 ritas montana attolli ualeat. Nec est in terris omnibus,
 quod merito ad istas eminencias comparetur. Quippe
 quas solas diluvialis irruptione cum uniuersa obduceret
 humido situ inaccessas reliquit. Durant uestigia non
 languide fidei, quibus apparet hos locos superstites un-
 dos & tempestati fuisse. Nam in latebris rupium cauæ
 minibus, quæ fluctuum configijs tunc adesa sunt reduci-
 uiæ Conchyliorum, & alia multa, quæ affatim mari ini-
 cito expuuntur. Ita ut sint licet facie mediterranea, appa-
 rent tamen specie littorali. Nunc de incolis reddam.
 Emathius, qui primus in Emathia accœpit principatum, seu quia indago originis eius ævo dispergit seu qd
 alta res est, genuinus terra habetur. Post hunc in Ma-
 cedonijs exortum Emathiæ nomen perstitat. Sed Mace-
 do Deucaliconis maternus nepos, qui solus cum domus
 suæ familia morti publicæ superfluerat, uerâ tuocabulum,
 Macedoniam q; à se dixit. Macedonem Caranus inseguil-
 tur dux Peloponnesiacæ multitudinis, qui iuxta respon-
 sum datum è deo ubi caprarum pecus resedisse aduer-

terat, urbem condidit, quam dixit cū yāy, in qua sepe
liri reges mos erat, nec alter excellentium virorum bustis
apud Macedonas priscos dabatur locus. Succedit Car-
tano Perdicea II & XX Olympiade primus in Mace-
donia rex nominatus, cui Alexander Amyntæ filius
diuēs habitus est, nec immerito. Ita enim affluenter suc-
cessus eius ampliandis opibus proficiebant, ut ante omni-
nes Apollini Delphos, tōni Eliden statuas aureas dor-
no miserit. Voluptati aurum indulgentissime deditus,
sicut plurimos, qui fidibus sciebant, dum uixit, in usum
oblectamenti donis tenuit liberalibus, inter quos, & pin-
darum Lyricum. Ab hoc Archelaus regnum excepit,
prudens rei bellicæ, naualium etiam commentor præ-
liorum. Is Archelaus tantum litterarum mire amator
fuit, ut Euripidi Tragico consiliorum suorum summam
crederet. Cuius suprema non contentus prosequi sumptu
funeris, crinem tonsus est, & mærorem, quem animo
conceperat, uuln̄i publicauit. Idem Archelaus Pythias,
& Olympicas palmas quadrigis adeptus, græco potius
animo, quam regali gloriam illam præse tulit. Post Ar-
chelaum Macedonica res dissensioni iactata in Amynt-
ta regno stetit, cui tres liberi. Sed Alexander patri
succedit. Quo exempto, Perdicea primum data copia
amplissimæ potestatis, qui obiens hæreditarium regnum
fratri Philippo reliquit. Quem captum oculo dextro
apud Methonen supra diximus, cuiusq; debilitatis omen
præcesserat. Nam cum nuptias ageret, accisi tibicinæ
carmen cyclopæum, quasi de colludio concinuisse tradun-
tur. Hic Philippus magnum procreat Alexandrum,
quilibet Olympias Alexandri mater nobiliorem ei pa-

IVLII. SOLINI

trem acquirere affectauerit, cum se coitu draconis consatā affirmaret. Ita tantum ipse egit, ut Deo genitus credere tur. Per agruit orbeni rectoribus Aristotele, & Calisthe ne usus, subegit Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, & Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Camcasumq; transgressus est. Bactras domuit. Medis, & Persis imperitauit, caput Indiam, emensus omnia, ad quæ Liber, & Hercules accederant. Forma supra hominem augusto, cervice celsa, latiis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescientibus, reliquis corporis liniaimentis non sine maiestate quadam decorus. Victor omnium uino & ira uictus. Morbo uinolentia apud Babylonem humilior, q; uixerat, fortuna exemptus est. Post quem quis uerunt magis ad segetem Romanae gloriae, q; ad hereditatem tanti nominis ortos inuenimus. Macedonia lapidem dignit, quem Peaniten uocant. Hunc eundem, & concipientibus, & parientibus opiculari fama prodigia est. Circa Tyresiae sepulcrum plurimus inuenitur.

Thracum mores, & instituta, & provinciae situs, ac natura
Caput XV.

Vnc in Thraciam locus est pergere, & ad ualidissimas Europæ gentes uela obuertere. Quas qui sedulo experiri uelint, non difficulter deprehendent, Thracibus barbaris inesse contemptum uitæ, & ex quadam naturalis sapientiæ disciplina concordant omnes ad interitum uoluntarium, dum nonnulli putant obeuntium animas reuerti, alij non extingui, sed beatas magis fieri

ti. Apud plurimos lucretiosa sunt puerperia. Deniq; recentem natum flexu parens excipit. Contra uersum læta sūne funera adeo ut exemptos gaudio prosequantur. Vxorum numero se uiri iactitant, & honoris loco ducunt multiplex coniugium. Quæ fœminæ tenaces sunt pudicitia, defunditorum insiliunt coniugum rogos, & quod maximum insigne dicunt castitatis, præcipites inflammias eunt. Nupturæ non parentum arbitram transeunt ad maritos, sed quæ præceteris specie ualent, sub hastari uolunt, & licentia taxationis admissa non moribus nubunt, sed præmijs. Quas formæ premit dedecus, erunt, quibus coniugantur. Vterq; sexus epulantes focos ambiunt herbarum, quas habent seniue ignibus superie sto. Cuius nidore perculsi pro lactitia habent imitari ebrietatem sensibus sauciatis. Deinde ista sunt. De locis, & populis quæ sequuntur. Strymonem accolunt dextro latere Densalatae. Bessorum quoque multa nomina ad usq; Nestum amneni, qui radices Pangei circumfluit. Hebræ Odrysarium solum fundit, qui fluuius excurrit inter Briantas, Dolancas, Thunos, Corpillos, aliosq; barbarostangit, & Cyconas. Deinde Hæmus sex millibus passuum arduus, cuius auersa Myfi, Getæ, Sarmathæ, Scythæ, & plurimæ infidunt nationes. Ponticum litus Sithonia gens obtinet, quæ nato ibi Orpheo uate decus addidit nomini. Quem siue sacrorum, siue cantuum secreta in promontorio agitasse tradunt. Deinde stagnum Bistonium, nec longe regio Maronea, in qua * Tyrida oppidum fuit equorum Diomedis stabulum Sed cessit auo, solumq; turris uestigium adhuc durat. Inde non procul urbs Abdera, quam Diomedis soror & condidit, & à

IVLII SOLINI

se sic uocauit. Mox Democriti domus phisici, ac si uerum
 rimere, ideo nobilior. Hanc Abderam olympiade prima
 & tricesima senio collapsam Clazomenij ex Asia ad ma-
 iorem faciem restitutam, oblitteratis quæ præcesserant, no-
 mini suo vindicarunt. Locum Doriscon illustrem reddi-
 dit Xerxæ aduentus, quod ibi recoluit militis sui numeræ.
 Polydoritumulum ostendit Hæmus in parte quam arat-
 tores Scythæ celebrant. Quondam urbē Geraniā, Ca-
 trūzān Barbari uocant, unde à gruibus Pygmæos ferunt
 pulsos. Manifestum sanè est in septentrionalem plagam
 hyeme grues frequentissimas conuolare. Nec piquerit
 neminiſſe, quatenus expeditiones suas dirigant & sub
 quodam militiæ eunt signo, & ne pergentibus ad de-
 finata uis flatuum renitatur, arenas deuolant, sublatisq;
 lapillulis ad moderatam granitatem suburrantur. Tunc
 se tollunt in altissima, ut de excelsiore specula metentur
 quas petant terras, fidens meatu præit cateruas. Volati-
 tus desidiam castigat, uoce, quæ cogit agmen. Ea ubi obra
 uacata est, succedit alia. Pontum transfituræ angustias cap-
 ptant. Et quidem eas promptum est oculis deprehender-
 re. Quæ inter Tauricam sunt & Paphlagoniam, id est
 inter Caramben, & κεριόῦ μέτωπον. Cum transme-
 dium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina
 pedes liberant. Ita nautæ prodiderunt, compluti ſæpe
 ex illo caſu imbre saxatili. Arenas non prius euomunt, q;
 ſecuræ ſedis ſuæ fuerint. Concors cura omnium profati-
 gatis, adeo ut si quæ defecerint, congruant uniuersæ, laſ-
 ſasq; ſuſtollant usq; dum uires otio recuperentur. Nee
 in terra cura ſegnior, Excubias nocte diuidunt, ut ex
 ſomniſſit decima quæquigil. Ponduscula digitis ample-

Etuntur, quæ si forte exciderit, somnū coarguant. Quod
 cauendum erit, clangore idicant. Ætatem in illis prodie
 color, nigrescunt senectute. Veniamus ad promonto-
 rium Chrysocera Byzantio oppido nobile, antea Lygos
 dictum, quod à Dyrrachio abest septingentis undecim
 millibus passuum. Tantum enim patet inter Adriatis
 cum mare & propontidem In Cœnica quoqueregione
 non longe à Flaviopoli Colonia, Biçiae oppidum quon-
 dam arx Tereiregis, nunc inuisum hirundinibus, & de
 inceps aliibus inaccessum, quanquam & Thebas quod
 illa mœnia sèpius capta sint aspernentur subire. Nam
 inter cætera habere illas quiddam præscium, inde nosci-
 tur quod lapsura non petunt culmina, & aspernantur pe-
 ritura quoquomodo testa. Minime certe à diris avibus
 impetuntur, nec unquā præda sunt, ut sacræ, cibosnum
 quam sumunt residentes, sed in aere capiunt escas, &
 hauriunt. Alter Isthmos in Thracia est similibus angue-
 stijs, et pari latitudine arcti maris, cuius litora urbes utri-
 que secus ostentant. Propontidis oram insignit Paclye.
 Melana sinum Cardia, quod in cordis facie sita sit, di-
 eta Cardia est. Omnis autem magnus Helleponus strin-
 gitur in stadia septem, quibus ab Europa Asiaticam pla-
 gam uindicat. Hic quoq; urbes duæ Abydos Asie est, &
 Sestos Europæ. Deinde contraria inter se promontoria Ma-
 stusa Cherronesi ubi finitur Europæ, sinus tertius, Sigæn
 Asie, in quo tumulus est Cynoëma dictus Hecubæ se-
 pulcrum, et turris protæ filai delubro data. Finibus Thra-
 cie à septentrione ister intenditur, ab oriente pontus, ac
 Propontis. A meridie Ægæum mare.

Insulae Claro^s, cuius facies Ægæo mari nomen dedi
Cytheræa, Creta, In qua multa referuntur, quæ tum ad
animalium omnium generatum ad plantas pertineant
Carystos, cū aquis Hellepijs mire salubribus, Cyclades,
Sporades, Atho montis umbra.

Caput

XVI.

Nter Tenedum. Et Chium est claros insula, qua Ægæus sinus panditur, ab dextra Antandrum navigantibus saxum est. Hoc enim uerius, q̄ insula meruit cognominari, id quoniam uisentibus procul caprae simile creditur, q̄ græci oīy avnūcupant, Ægæus ab ea sinus dictus ē. A' Phalauro Corcyrae promontorio ad nauis effigiem scopulū eminet, in quem transfiguratam, Ulyssis nauem crederunt * Cytheræa quæ à Malea abest quinq; millibus passuum, Porphyris ante a nomen fuit. Pronius est Cretam dicere, quām absoluere in quo mari iaceat. Ita n. circunfluis illius nomina græci permiscuerunt, ut dum alijs alia inferunt, penè oblimarint uniuersa. Quanta possumus tamen in designanda fide, operam locabimus, nequid hæreat sub encipiti. Inter ortum porrigitur, Et occasum tractu longissimo, hinc Græcia, inde Cyrenis obiacentibus. A' septentrione Ægæis, Et suis, id est Creticis aestibus uerberatur. Ab Austro Libycis undis perfunditur, Et Ægyptijs, constipata centronurbibus, sicut peribent qui prodige lingua largiti sunt, sed magnis et ambitionis oppidis. Quorum principatus est penes Cortynā, Cydona, Cnossōn Therapnen, Scyllition, Dosiades eam à Crete nymp̄a Hesperidos filia, Anaximander à Cre-

te rege Curetim, Cratus & riam prius dictam, mox
 Curetim nonnulli etiam à temperie Cæli pœnæ apō
 Vincov appellatam prodiderunt Prima mari potuit na
 vibus, & sagittis. Prima litteris iura iunxit Pyrrho re
 pertore equestren turmas. Prima docuit lasciuas uer
 tigines implicare¹. Ex qua disciplina bellicæ rei ratio,
 usus datus est. Studium musicum inde cœptum cum
 Idæi Dæctyli modulos crepitum, ac tinnitu aeis deprehen
 sos in uersificum ordinem transulissent. Albet iugis
 montium Dictynai, & Cadischi, qui ita exande
 scunt, ut eminus nauigantes magis putent nubila. Præ
 ter catros Idæ est, qui ante solis ortum solem uidet
 Varro in libro quem de litoralibus fecit, etiam suis
 temporibus affirmat sepulcrum Iouis ibi uisitationem. Cre
 tes Diana religiosissime uenerantur, Βερτόμαχος
 gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat uirginē
 dulcem. Ædem numinis praterquam nudus uestigia
 nullus licito ingreditur. Ea aedes ostentat manus Dædali
 Gortynam amnis Letheus præterfluit, quo Europā Tam
 ri dorso Cortyni ferunt uelutitatem. Idem Cortyni, &
 Cadmum colunt Europæ fratrem. Ita enim memorant.
 uidetur hic, & occurrit, sed die iam uesperato angustiore
 se facie uisendum offerens. Cnossū Minetuam ciuem De
 am numerant, primumq; apud se fruges satas affirmant
 audacter, cum Atticis contendentes. Ager Creticus syl
 uestrium caprarum copiosus est, ceruo eget. Lupos, uul
 pens, aliaq; quadrupedum noxia nusquam educat. Serp
 entes nulla, larga uitis, mira solis indulgentia, arborum
 prouentus abundantes. Nam in huius tantum insulae par
 tere pullulant cæsæ cupressi. Herba ibi est, quæ αλιμος

dicitur. Et aduersa diurnam famem prohibet. Proinde et
 hæc Cretica est. Phalangium aranei genus est, si nisum
 queras, nulla uis corporis, si potestatem, iustum hominē
 ueneno interficit. Lapis quoq; idæus dactylus dicitur in
 Iulæ istius alumnus, coloris ferrei, humano pollici similis.
 Auenem noctuam creta non habet, et si iuehatur emoritur.
 Carystos aquas calentes habet, quas ἐλαστικοῦ vocant,
 & Carystias aueis, quæ flammæ impune inuolant. Car
 basa etiam, quæ inter igneis ualent. Chalcis eadē habi
 ta est apud priscos, ut callidemus author est, ære ibi pri
 mum reperto. Titanas in ea antiquissime regnasse ostens
 dunt ritus religionū, Briareo enim rem diuinā Caristij
 faciunt, sicut Ægæoni Chalcidenses. Nam omnis fermè
 Eubœa Titaniū fuit regnum Cycladas autumant inde
 dictas, quia licet spatijs longioribus à Deo proiectæ in
 orbem tamen circa Delium sitæ sunt. Orbē κύκλων Graī
 ferunt Ios Homeri tumulocæteras antecedit. Meminisse
 hoc loco parest post primum diluvium Ogygij temporis
 bus notatum, cum nouem et amplius mensibus diem cō
 tinuanox in umbraasset, Delon ante omneis terras radijs
 solis illuminatā, sortitamq; ex eo nomen, quod prima red
 ita foret uisibus. Inter Ogygium sanè & Deucalionem
 medium æuum. D C. annis datur. Eadē est et Ortigia
 quæ clarissima est, in Cycladum numero multifarietras
 ditur. Nunc * Asteria à cultura Apollinis, nunc à uena
 tibus Lagia, uel Cynethus Pyrrole etiam quoniam tabu
 la ibi, & ignis inuenta sunt. In hac primum uisæ coturi
 nices aues, quas ὄρτυγας Græci uocant. Has easdem
 in Latonaë tutela existimant constitutas, nec semper appa
 rent adueniendi habent tempora æstate depulsa. Cū ma-

via trahant impetus differunt ex metu spati longioris
uiris suas nutriunt tarditate. Vbi terram persentiscunt,
coeunt cateruatum, deinde globitæ uehementius prope-
rant, quæ festinatio pleiunque exitium portat nauis
gantibus. Accidit enim plerunq; noctibus, ut uela in-
cidant, & præponderatis sinibus ali eos inuertant, au-
stro nunquam exeunt, nam metuunt uim flatus tumi-
doris. Plurimum se Aquilonibus credunt, ut corpori
rapinqui scula, atque eotarda facilius prouehat siccior
& uehementior spiritus. Optuyorum praedicitur, quæ
gregem duicitat eandem terræ proximantem accipiter
speculatus rapit. Ac propterea opera est uniuersis, ut
sollicitent ducem generis extermi, per quem frustren-
tur prima discrimina. Cibos gratissimos habent semine
ra uenenorum quam ob causam eas damnauere pru-
dentium mensæ. Solum hoc animal, præter hominem,
morbum patitur comitalem. Eubœa tam modico æstu
diuidua est à Bœotia continent, ut dubitandum sit, an
numerari inter insulas debeat. Nam latæ quam uo-
cant terræ, ponte iungitur, & per fabricam brevissi-
mæ machine aditur pede, Cenæo promontorio uadit
in septentrionem, duobus alijs in meridiem extenditur,
quorum Geræstos spectat Atticam, Capbareus promi-
net in Helleponsum. Vbi post Ilij excidium Argi-
nam classem uel Mineruæ ira, uel, quod certior prodit
memoria, sydus Arcturi grauibus affecit casibus. Mar-
more Paros nobilis à Delo oppido frequentissime prius
tamen Minoia quam Paros dicta. Nam subacta à Mil-
noe, quo ad in creticis mansit legibus, Minoiam loque-
bantur. Præter marmor adat & Sardam lapidem, qui

IVLII SOLINI

in mortore quidem præstat inter gemmas uero uilissimis
 dicitur. Naxon à Delo duodecimtū millia passuum se-
 parant, in qua Strongyle oppidum, sed Naxos Dionysia
 prius quam Naxos dicta, uel quia hospita Libero pa-
 tri, uel quod fertilitate uitium uincat ceteras. Sunt præ-
 terea Cyclades plurimæ, sed in supradictis præcipuum
 est, quod memoriae debeatur. De SPORADIBUS est & Icaros
 quæ Icaro mari nomen dedit. Hæc inter Samum &
 Myconum procurentibus saxis inhospita, ac nullis fi-
 nibus portuosa ob inhumana litora infamis est. Vult eri-
 go varro Icarum Creten ibi naufragio interisse, & de
 exitu hominis impositum nomen loco. Nam in Samo ni-
 bil nobilius quam Pythagoras ciuis, qui mox offensus fa-
 sti tyrannico relicta domo patria, Bruto consule, quire-
 gesurbe exegit Italiam adiectus est, Melos, quam callis
 machus * μελαιδα dixit, omnium insularum ro-
 tundissima est, iuxta Æoliam. Nam Carpathus, à
 qua carpathium sinum dicimus. Nunquam ita cælum
 nubilum est, ut in sole Rhodos non sit. Lemnij Vulca-
 nū colunt, ideo in Lemno metropolis Hephaestia. Præ-
 trea oppidum Myrina, in cuius forum mons Athos ē
 Macedonia umbramiacit. Quod non frustra inter mira-
 cula notauerunt, cum Athos à Lenino sex & offor-
 ginta millibus passuum separetur. Est sanè Athos subi-
 limis adeo, ut altior aestimetur, quam unde imbre ca-
 dunt. Quæ opinio eo fidem concapit, quod in aris, quas
 cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quic-
 quam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti fue-
 rint cumulo permanent. In summo oppidum Acrothofu-
 it quo dimidio longior, q̄ in alijs terris incolentium atab

prorogabatur,* Ideo inde homines μακρόβιοις græci,
noſtri appellauere longæuos.

Ex quarto Europæ ſinu Helleſpontus Propontis, Baſphorus Thracius & mira de Delphinis.

Caput.

XVII.

Vartus Europæ ſinus Helleſponto incipit,
q Mæotidis oſtio terminatur, atq; omnis hæc
latitudo, quæ Europam, Asiamq; diuidit in
ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur. Hic
eft Helleſpontus, bac Xerxes ponte nauibus fallo pmeauit
Tenuis deinde Euripus porrigitur ad Afia urbem Pri-
pum, quam magnus Alexander potundi orbis amore
transcedit, & potitus eft. Inde diuifus a quore patentis
ſimo rurſus ſtringitur in Propontidem, mox in quingenti
tos paſſus coarctatur, fitq; Bophorus Thracius, qua Da-
rius copias tranſportauit. Hæc profunda Delphinis plu-
rimos habent, in quibus caſe miraculi multiſormes. An-
te omnia nihil uelocius habent maria, ſic ut plerūq; ſaliē-
tes tranſuolent uela nauium. Quoquo coniuges euagan-
tur, Catulos edunt. Decimus mensis matru facit partum.
Lucinam & ſtūus dies ſoluit. Vberibus fœtus alunt. Tene-
ros in fauibus recæptant. In ualidos aliquantis per proſe-
quuntur. In tricesimum annū uiuunt, quod exploratum
eft in experimentū caudis amputatis. Orā non quo cæte-
ræ belluæ loco habent, ſed fermè in ueintribus. Contra na-
turam aquatilium ſoli linguis mouent. Acaleatae ſunt
ſpinæ dorſuales, cum iræ ſubiacet, in horrefiunt. Cū ani-
mi conuiuescunt, qbus dā recæptaculis operiuntur. Spirare

eos in aquis negant, & uitales auras non nisi in aere sūt
 pero recipere. Pro uoce gemitus est similes humano.
 Certum habent uocabulum, quo accēpto uocantes se-
 quuntur. Nam proprie Simones nominantur. Voces ho-
 minum aquilonis flatu celerius hauriunt. Contra au-
 stro spirante auditus obstruuntur. Mulcentur musica,
 gaudent, cantibus tibiarum, ubiunque symphonia est,
 gregibus aduentanti. D. Augusto principe in Campa-
 nia Delphinen puer fragmentis panis primo illexit, &
 in tantum consuetudo ualuit, ut alendum se etiam mai-
 nibus ipsius crederet. Mox cum profluxisset puerilis
 audacia, intra spatia eum Lucrini lacus uectitauit.
 Vnde effectum ut à Baiano litore equitantem puerum
 puteolos usque perueheret, hoc per annos plurimos tan-
 diu gestum est, donec assiduo spectaculo desineret mir-
 aculum esse, quod gerebatur. Sed ubi obiit puer, sub
 oculis publicis desyderij marote delphin. interiit. Piger-
 ret hoc asseuerare ni Mecœnatis, & Fabiani multo
 rumq; præterea esset literis comprehensum. In Africano
 mox litore apud Hipponem Diarrhyton Delphin ab
 Hipponebus pastus tristandum se præbuit, imposi-
 tos quoque frequenter gestauit, nec populi tantum ma-
 ribus acta res. Nam & proconsul Africæ Flavianus ipi-
 se eum contigit, unguentis etiam delibuit, qui odoris
 nouitate obsopitus aliquantis per pro exanimi iactatus est,
 multisq; mensibus descivit à solita conuersatione. Apud
 Assum urbem Babyloniæ puerum Delphinus adama-
 uit, quem dum post assueta colludia recedentem impatiē-
 tias sequitur arenis inuectus hastit. Alexander magnus
 amore illum numinis fuisse interpretatus, praefecit

puerum Neptuni sacerdotio iuxta eandem urbem, ut Ege
fidemus auctor est. Alium puerum Hermiam nomine
per maria similiter insidemus cum undosior fluctus
necesset. Delphin ad terram reuexit, & uelut fateretur
reatum pœnitentiā suam morte mulctauit, nec reuertū
uoluit amplius in profunda. Suppetunt & alia exem-
pla, ut Arionem transcamus, cuius exitum annalium fi-
des comprobavit. Ad hæc siquando lasciuunt noui fœ-
tus à maioribus datur adulator gregicustos. Quo magis
Istro eludere impetus incurvantium belluarum addiscat,
quanquam ibi præter Phocas rara bellua est, plurimus
Thynnus in ponto, nec alibi penè fœtificant. Nusquam
enim catus adolescunt, scilicet ob aquas dulciores. illabū
tur ueris tempore, intrant dextro litore, lauo exeuunt,
hoc inde accidere credunt, quod dextris oculis acutius
cernunt, quam sinistris.

De Istro, Hypani, & Borysthene flumijs, & Scythiae
parte, & de memorandis ferè omnibus, quæ in his na-
scantur locis. Caput XVIII.

Ser Germanicis iugis oritur, effusus, mon-
te, qui in Tauracos Galliae spectat, sexagin-
ta amnis in se recipit, omnes fermè
navigabiles, septem ostijs pontum influ-
it. Quorum primum Peuce, Secundum Narcostoma,
Tertium Calostoma; Quartum pseudostoma. Nam Bo-
reostoma, ac deinde Stenostoma languidiora sunt cœ-
ris. Septimum uero pigrum, ac palustri specie non habet,
quod amni comparetur priora. Quatuor adeo magna

sunt, ut per longitudinem quadraginta millium passuum non miscantur aquori, dulcemque haustum incorrupto detinent sapore per uniuersum pontum Fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt Castore, Lutra similis est animal morsu potentissimum adeo, ut cum hominem invaserit, conuentum dentium non prius laxet, quod concrepuit se persenserit ossa fracta, Testiculi eius appetuntur in usum medelarum, idcirco cum ureri se intelligit, ne captus proficit, ipse geminos suos devorat. Mittit pontus et gemmas, quas à patria ponticas dicimus genere diuerso, Aliæ aureas, aliæ sanguineas habent stellas, Et haec quidem iter sacras habentur. Nāq; ostentationi potius quam usui deleguntur, Non guttis aspersæ sunt, sed logis coloribus duilibus linuntur.

De Hypani, & Borysthene.

Ceput. XIX.

Mnis Hypanis oritur inter Auchetas, Scythicorum amnium princeps, purus, & haustu saluberrimus usque dum Callipodium terminis inferatur, ubi sensus Exampeus infamis est amara scaturigine, qui Exampeus liquido admistus fluori amnem uitio suo uertit, adeo ut dissimilis sui in maria condatur. Ita inter gentium opiniones fama de Hypane discordat, qui in principijs eum non runt, prædicant, qui in fine experti sunt, non iniuria excludantur. Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen, in quo pisces egregij saporis, & quibus ossa nulla sunt, nec aliud quam chartagines tenerrimae. Verum Neuri, ut accipimus, a statis temporibus in lupos transfigurantur. Deinde exacto spatio, quod huic sorti attributum est,

tum est, in pristinam faciem reuertuntur. Populis istis
 deus Mars est, pro simulacris enseis colunt. Homines
 uictimas habent, ossibus adolescentignes focorum. Gelo-
 ni ad hos proximant. De hostium cutibus et sibi indu-
 menta faciunt, et equis suis tegmina. Gelonis Agathyr-
 si collimitantur cœruleo picci colore, fucatis in cœrulum
 crinibus, nec hoc sine differentia, nam quanto quis alte-
 ro præstat, tanto propensiore nota tingitur, ut sit indicè
 um humilitatis minus pingi. Post Autropophagi qui-
 bus execrandi cibi sunt humana uiscera, quem morem
 impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima
 solitudo. Quas ob nefarium ritum finitimæ nationes, me-
 tu profugæ reliquerunt, et ea causa est, ut usq; ad mar-
 re, quod Tabin uocant per longitudinem eius oræ, que
 æstiuo orienti obiacet, sine homine terra sit, et immensa
 deserta, quo ad perueniatur ad Seras. Chalybas, et Da-
 ca in parte Asiaticæ Scythie crudelitate ab immanissi-
 mis nihil discrepant. At Albani in ora gentes, qui poste-
 ros se Iasonis credi uolunt, albo crine nascuntur, canis-
 tiem habent auspicium capillorum. Ergo capillorum co-
 lor genti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla, ideo
 nocte plus q̄ die cernunt. Apud hos populos natū canes
 feris omnibus anteponuntur, frangunt tauros, Leones peri-
 nunt, detinent quicquid obiectum est. Quibus ex causis
 meruerunt etiam annalibus tradi. Legimus petenti Indi-
 am Alexandro à rege Albaniæ dono duos missos, quo-
 rum alter sues sibi, et ursos oblatos usq; adeo spreuit, ut
 offensus de generi præda, ignaro similis diu accubaret,
 quem per ignorantiam uelut inertem, Alexander extin-
 qui imperauit. Alter uero monitu eorum, qui dominū

IVLII SOLINI

prosecuti erant, leonem missum necauit. Mox uiso Elephantu
 notabiliter exultans belluam primum astu fati-
 gauit, deinde cum summo spectantium horrore terrae
 affixit. Hoc genus canum crescit ad formam amplissi-
 mam, terrificis latratibus ultra rugitus insonantes, haec
 sunt de canibus albanis, reliqua communia uniuersis.
 Dominos æqualiter canes omnes diligunt, sicut exem-
 plis palam factum est. In Epeiro denique domini peri-
 cussorem in cœtu agnitum latratu canis prodidit. Iaso-
 ne Lycio interfecto canis ipsius aspernatus cibum ines-
 dia obiit. Lysimachiregis canis, flammis se iniecit, ac
 censo domini rogo, et pariter igni absumptus est. Ga-
 ramantum regem ducenti canes ab exilio reduxerunt
 præliati aduersus resistentes. Colophonij, et Castabar-
 lenses canibus in bella producatis primas acies instrue-
 bant. Appio Iunio, et P. Silio C O S S. damnatum dor-
 minum canis cum abigi non posset, comitatus in carce-
 reni mox percussum, ululatu prosecutus est. Cumq; ex
 miseratione populi Romani potestas ei cibi fieret, ad os
 defuncti escam tulit. Ultimo abiectum in Tyberim ca-
 dauer adnatans sustentare conatus est. Canes soli nomi-
 na sua recognoscunt, itinerum meminerunt. Indi coitus
 tempore in saltibus canes fœminas religant, ut cum his
 tigres coeant, quarum ex primis conceptibus ob nimia-
 m feritatem inutilis partus indicant. Itidem secundos
 tertios educant. Egyptij canes è Nilo nunquam nisi curi-
 rentes lambitant, dum à crocodillis insidias cauent. In-
 ter Antropophagos in Asiatica parte numerantur Esse-
 dones, qui et ipsi nefandis funestantur inter se cibis.
 Essedonum mos est parentum funera canticibus prosequi,

& proximorum corrugatis cœtibus cadavera ipsa dentibus laniare, pecudumq; carnibus mista dapes facere. Capitum etiam ossa, auro incincta in poculorum trade re ministerium. Scythotauri pro hostijs cedunt aduenas. Nomades pabula sequuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Asiae perinde in Europa siti, neque mirantur aliena, neque sua diligunt. Scytharchæ usū auri, argentiq; damnato in æternum sè à publica auaritia abs dicarunt. Scytharum interius habitantium asperior risus est. Specus incolunt, pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitib; moliuntur, amant prælia, interemptorum cruentum ex uulneribus ipsis bibunt. Denumero cædium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probrum est, haustu mutui sanguinis fœdus sanciunt, non suo tantum more, sed medorum quoq; usurpatâ disciplina. Bello deniq; quod gestum est olympiade nona & quadragesima, anno post ilium captum sexcentesimoquarto, inter Aduatem Lydum & Astyagem Mediae regem hoc pacto firmata sunt iurapacis. Colchorum ubi Dioſcuriadē Amphitus, Telchius, Aurigæ Castoris, & Pollucis condiderunt, à quibus Heniochorum gens exorta est. Ultra Sauromatas in Asia sitos qui Mithridatilatram, & qui originem Medis dederunt, confines sunt Thalij. His nationibus, quas ab oriente contingunt Caspij maris fauces, quæ fauces mirum in modum uuantur imbris, crescent asilibus. Henicorum montes, Araxen Moschorum phasidem fundunt, sed Araxes brevibus interuallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde in Caspium fertur mare. Arimaspi circa Bes gliobron positi unouila gens est. Ultra hos & Riphæum

IVLII. SOLINI

ingum regio est assiduis obfessaniibus, τοιχόφρεον
 dicunt. Quippe casus continuarum ruinarum quiddam
 ibi exprimit simile pennarum. Damnata pars nundi, &
 à rerum natura in nubem aeternæ caliginis mersa, ipsiusq;
 prorsus aquilonibus concæptaculis rigentissima. Sola
 terrarum non nouit uices temporum, nec de cœlo aliud
 accipit, quam hyemem sempiternam. In Asiatica Scythia
 ea terræ sunt locupletes inhabitabiles. Nam cum au-
 ro, & gemmis affluant, gripes tenent uniuersa. Alites
 ferocissimæ, & ultra omnem rabiem saeuentes, quarum
 immanitate obfidente aduenis accessus difficilis, ac rai-
 rus est. Quippe uisos discrepunt, uelut geniti ad plecten-
 dam amaritatem temeritatem. Arimo spicu cum his dimicant,
 ut intercipiant lapides, quorum non aspernabimur perse
 qui qualitates. Smaragdis hic locus patria est, quibus
 tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit.
 Nam licet sint & Ægyptij, & Chalcedonij, & Mel-
 dij, & Laconici, præcipuus honor est Scythicus. Nihil
 bis incundius, nihil utilius uident oculi, in primis ui-
 rent ultra irrigua grama, ultra amnicas herbas. Dei-
 ñde obtutis fatigatos coloris reficiunt lauitate. Nam
 uisus, quos alterius gemmæ fulgor retuderit, Smaragdi
 recreant, & exaucent. Nec aliam ob causam placuit, ut
 non scalperentur, ne offensum decus imaginum lacuni
 corrumperetur, quanquam qui uerus est, difficulter
 uulneretur, probantur hoc pacllo, si aspectus transmu-
 tatur, sed cum globosi sunt proxima sibi insciunt aere
 repercuesso, aut cum concavi sunt, inspectantium facies
 emulcentur si neq; umbra, neq; lucernis, neq; sole mutan-
 tur. Optimos tamen sortiuntur sicut, quibus planicies re-

supina est, & extenta. Inueniuntur Eteſijs flantibus.
 Tunc enim detello solo facillime internitent. Nam Eteſijs
 plurimum arenas mouent. Alij minus nobiles in cōſi-
 missuris ſaxorum, uel in metallis aerarijs apparent, quos
 Chalcos maragdos nuncupant. Vitiſi eorum intrinſe-
 cus quasdam fōrdes habent, uel plumbō, uel capillamē-
 tis, uel etiam ſali ſimiles. Laudantur auctero mero, ſed
 uiridi proficiunt oleo, quanvis natura imbuātur. Et Cya-
 nus lapis è Scythia eſt optimus, ſi cœruleo coruſcabit, cui
 ius gnari in marem, & fœminam genus diuidunt. Fœ-
 minis nitor purus eſt. Mares punctulis ad gratiam inter-
 lucentibus auratis puluisculis uariat. Illic & Crystallus,
 quam licet pars maior Europa, & particula Asiae ſubmē-
 niſtrent, pretioſiſſimum tamen Scythia edit. Multus ad
 pocula destinatur, non fert calorem præcipue quamlibet
 nihil aliud, q̄ frigidum pati poſſit, ſexangulus inueni-
 tur. Qui eligunt puriſſimum captant, nequid rufum, néue
 nubilum uel ſpumis obſitum arceat perſpicuitatem.
 Tunc ne duritia iusto propenſior obnoxium fragilitati
 magis faciat, putant glaciem coire, & in crystallum
 corporati, ſed fruſtra. Nam ſi ita foret, nec Alabanda As-
 ia, nec Cyprus iſula hanc materiam procrearet, quibus
 regionibus incitatissimus calor eſt. Liuia Auguſti ad ma-
 gnitudinem CL librarum inter capitolina donaria
 Crystallum dedicauit.

De Hyperboreis, & Riphæis, Cimmerijs, & Hyrcanis, & Tigribus, Leonibus, & Pantheris.

Caput X X.

Abula erat de Hyperboreis, & rumor irritus, si quæ illinc ad nos usq; fluxerunt forent credita. Sed cum probissimi autores, & satis idonei sententias parens faciant, nullus falsum reformidet. De Hyperboreis rem loquamur. Incolunt penè Pterophoros, quem ultra Aquilonem accæpimus iacere, gens beatissima, eam Asiacis quam Europæ dederunt. Alij statuunt medium inter utrumque solem Antipodium occidentem & nostrum renascentem orientem, quod aspernatur ratio tam vasti mari duos orbis interfluent. Sunt igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credunt & extimos syderum ambitus, semestrem lucem auersum tantum una die solem, quanquam existant, qui putant non quotidiani ibi soleni, ut nobis, sed uernali æquinoctio exoriri, autumnali occidere, ita sex mensibus infinitum diem, sex alijs continuam esse noctem. De cælo magnam clementiam auræ spirant salubriter, nihil noxij flatus habent. Domus sunt nemora, uel luci, in diem uictum arbores subministrant. Discordiam nesciunt. Ægritudine non inquietantur. Ad innocentiam omnibus æquale uotum. Mortem arcessunt, & uoluntario interitu castigant ob evundi tarditatem. Quos satias tenet uitæ, epulati, delibet, de rupe nota præcipitem casum in mare profundum destinant, hoc sepulturæ genus optimum arbitrantur. Aiuunt etiam solitos per uirgines probatissimas pris-

mitias frugum Apollini Delio missitare. Verum hæc
 quoniam perfidia hospitium, non illibatae, reuenisse
 deuotionis quam peregre prosequerantur, pontificium
 mox intra fines suos recuperunt. Altera in Asia gens
 est ad initium orientis æstini, ubi deficiunt Rhiphæo-
 rum montium iuga, Hyperboreis similes, quos dicunt
 Rhiphæos. Et ipsi arbustorum frondibus gaudent. Bac-
 cas edunt, iuxta uiros, ac fœminas tædet crinum. Itaq;
 uterq; sexus comas tondet. Amant quietem, non amant læ-
 dere. Sacri habentur attractariq; eos etiam à ferocissimis
 nationibus nefas ducatur. Qui unq; periculum à suis
 metuit, si ad Rhiphæos transfugerit, tutus est, uelut
 Asylo tegatur. Ultra hos Cimmerij & gens Amañonum
 porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum per Asiaticæ
 plagæ terga Scythicum irrumpt Oceanum. Sed ma-
 gnis deinde spatijs intercedentibus, ostia Oxi fluminis
 Hyrcani habent, gens sylvis aspera, copiosa, immanibus
 feris, feraq; tigribus. Quod bestiarum genus insigne ma-
 culis notæ, & pernitas memorabiliter diderunt, fuli
 uo nitent, hoc fuluum nigrantibus segmentis interune-
 datum, uarietate apprime decet. Pedum motum nescio
 uelocitas, an peruicacia magis adiuuet. Nihil tam lon-
 gum est, quod non breui penetrant, nihil adeo antecedit,
 quod non illico assequantur. Ac maxime potentia earum
 probatur cum maternis curis incitantur, cum catul-
 lorum insistunt raptoribus, succedant sibi equites licet
 & astu quanto libet amoliri prædam uelint, nisi in præsi-
 dio maria fuerint, frustra est ausum omne. Notantur fre-
 quentissimæ si qñ latrones suis asportatis catulis renau-
 gantes uident in litore irritata rabie se dare præcipites ue-

Iut, propriam tarditatem uoluntaria castigantes ruina,
 quanquam de fœtu uniuerso uix unus queat subtrahi.
 Pantheræ quoq; numerosæ sunt in Hyrcania, minutis or-
 biculis superpictæ, ita ut oculatis ex fulvo círculis uel cœ-
 rulea, uel alba distinguatur tergi suppellez, tradūt odos
 re earum, & in contemplatione armenta mire afficiatq;
 ubi eas persentiscant, properato conuenire, nec terreri nisi
 sola oris toruitate. Quam ob causam pantheræ abscon-
 ditis capiabuſ, quæ corporis reliqua sunt spectanda præ-
 bent, ut pecuarios greges stupidos in obvitiuſ populentur
 secura uastatione. Sed Hircani ut hominibus intentatum
 nihil est, frequentius eas ueneno, quam ferro necant. Aco-
 mito carnes illinunt, atq; ita per compita p̄argunt ſemini-
 tarum. Quæ ubi esæ ſunt, fauces earum angina obſiden-
 tur. Ideo gramen ταρφαλια γχες appellauerunt. Sed
 Pantheræ aduersus hoc uirus excrementa humana deuo-
 rant, & ſucepte ingenio pefire resistunt. Lenta illis uiuaci-
 tas, adeo ut eieclis interaneis, mortem diu differant. In
 his ſylueſtribus & Pardi ſunt ſecundum à Pantheris
 genus, noti ſatis nec latius exequendi. Quorum adulteri-
 ni coitibus degenerantur, partus leonarum, & Leones
 quidem procreantur, ſed ignobiles.

De ortu marium internorum. De insula Apollini
tarum. De spatiis inter Scythas, & Indos. De for-
mis hominum. De cervis, & Tragelaphis.

Caput XXI.

Voniam in ponticis rebus sumus, non erit
q omittendum, unde * Mediterranea maria
caput tollant. Existimant enim quidam si-
nus istos à Gaditano freto nasci, nec aliam
esse originem, quam inundationem irrumptis Ocea-
ni. Cuius spiritu peruvagante apud aliquod Mediterranea
litora, sic in Italiæ parte fieri accessus, uel recessus.
Qui contrarium sentiunt, omnem illum fluorem aiunt
à ponticis faucibus inundare, sedq; fulciunt argumento
non inani, quod aestus è Ponto profluus nunquam recu-
procedit. Insula Apollinitarum LXXX millibus pas-
sum abest à Bosphoro Thraciae citra Istrum sita, et qua
M. Lucullus Apollinem capitolinum nobis exulit, ante
Borusenem Achillis insula est, cum aede sacra, quam æ-
dem nulla ingreditur ales, & quæ forte aduolauerint,
raptim fugam properant. Oceanum septentrionalem ex
eaparte, qua à Paropamiso amne Scythia alluitur, He-
cathæus Amalchium appellat, quod gentis illius lin-
gua significat congelatum mare. Philemon à Cimbris
ad promontorium rubeas Morimarusam dicit voca-
ri, hoc est mare mortuum. Ultra Rubeas quicquid est
Cronium nominant. Mare autem caspium ex altero
poni latere ultra Massagetas Appellæos Scythas esse
in Asiatica plaga dulce haustu, sicut Alexandro magno
probatum est. Mox Pompeio magno, qui bello Mithridi-

datico, sicut commilito eius Varro tradit ipsis haustibus
 periclitari fidem uoluit. Id euenire produnt è numero
 fluminum, quorum tanta copia ibi confluit, ut naturam
 maris uertant. Non omiserim, quod per idem tempus ei-
 dem Magno licuit ex India diebus octo à Baetris usq;
 Icarum flumen, quod influit in Oxum amnem perue-
 nire, deinde ad mare Caspium, deinde per Caspium
 ad Cyri amnis penetrare fluentem, qui Iberiae & Arme-
 niæ fines interluit. Itaq; à Cyro diebus non amplius
 quinque itinere terreno subiectis nauibus, ad aliueum
 Phasidos pertendit, per cuius excursus in pontum usq;
 uenientes India, liquido probatum est inuehi posse. Au-
 thor Xenophon Lampsacenus, à litore Scytharum in
 insulam Baltiam petentibus triduo nauigari eius ma-
 gitudinem immensam & penè similem continent. Nec
 longe Oonas separari, quas qhabitant, uiuunt ouis aviū
 marinorum, & auenis uulgo nascentibus. Proinde alias
 propter constitutas & que insulas, quarum Hippopodas
 indigenæ humana usq; ad uestigium forma in equinos
 pedes desinunt. Esse insulas & Fanisorum gentem, quo-
 rum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur,
 ut reliqua uiscerum illis contegant. Nec amiculum aliud
 sit, quam ut membra membranis aurium uestiant. An-
 te quam digrediamur ab Scythia religio est nos præte-
 rire quænam feræ sint peculiares scythiae. Cerui plu-
 rimi in hac terra. Igitur ceruos persequemur, Mares gel-
 neris huiusc cum statutum tempus uenerem incitauit
 saeuient rabie libidinis efferati, fœminæ licet prius co-
 serantur, non concipiunt ante Archuri sydus. Nec quālibet
 patrus suos educant, teneros studiose oculunt, &

abscconditos inter profunda fruticum, uel herbarum per dum uerbere castigant ad latendum. Cum maturuerit ad fugam robur exercitio docent cursus, & affuescunt saltare per abrupta, acceptis canum latratibus secundum uentos uias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. Mirantur sibilum fistularum, rectis auribus acutissime audiunt, submissi uero nihil. Stupent omnia, propterea facilius obuios se praebent sagittantibus. Si maria tranant, non aspectu petunt litora, sed olfactu. Infirmos ponunt in ultro, & lassorum capita clunibus per uices sustinent. E cornibus quod dextrum fuerit, efficacius est ad medelam. Si fugare anguis gestas, utrum uelis uras. Quae uirina propterea nidore uitium aperit, ac detegit, sicut inest morbus comitalis, pro aetate ranulos augent. Id incrementum in sex annos perseverat. Denique numerosiora non possunt fieri cornua, possunt crassiora. Quae quidem casstratis nunquam crescunt, nec tamen decidunt. Dentes indicant senectutem, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli. Serpentes hauriunt, & spiritu narium extrahunt de latebris cauernarum. Dictamnum ipsi prodiderunt dum eo pasti exauitiunt accepta tela, herbam quoque, quam Cynaren vocant, contra noxia edunt gramine. Aduersus uenena mirificum est hinuli coagulur occisi in matris utero, patuit eos nunquam febescere. Quam ob causam confcta ex medullis eorum unguenta sedant calores hominum languentium. Legimus plurimos matutinis diebus ceruinam carnem degustare solitos, sine febribus longe uos fuisse. Quod demum proderit, si uno uulnere fuerint interempti. Ad dignoscendam uiuacitatem Alexander Magnus torqueis plurimis ceruis innexuit

qui post annum centesimum capti, nec dum senij indicium præferebant. Eadem penè specie sunt, quos Tragelaphos dicunt, sed non alibi, quam circa Phasidem apparerent tantum, quod illi uillosoſ habent armos, & menta promissis hirta barbis.

De Germania. De auibus Hercynijs, Bisontibus,
& Vribus. De alcibus, & insulis Oceani septentrionalis, ac de Succino, lapide Callaite, & Cerauniarum generibus. Caput XXII.

Ons Seuo ipse in gens, nec Riphæis minor
collibus, initum Germaniae facit, huc In
genones tenent, à quibus primis post Scy-
thas nomen Germanicum consurgit. Diues
uirorum terra, frequens populis numerosis, & imma-
nibus. Extenditur inter Hercynium saltum, & rupes
Sarmatarum, ubi incipit Danubio, ubi definit, Rheno
perfunditur. De internis eius partibus Albis. Gutallus
Vistula, amnes altissimi præcipitantur in Occanum. Sal-
tus Hircynius autem gignit, quarum pennæ per obscurū
emicant, & interlucent, quannis densa nox obtegat, &
denset tenebras. Vnde homines loci illius plerunque
cturnos excursus sic destinant, ut illis utantur ad præsidium
itineris dirigendi, præactisq; per opaca callium ratione
uiæ moderentur indicia plumatum resulgentium. In hoc
tractu sane, & in omni septentrionali plaga Bisontes fre-
quentissimi, qui boues feris similes setosi colla iugis horri-
da. Ultratauros pernicitate uigentes capti assuecere ma-
nu nequeunt. Sunt & Vri, quos imperium uulgus uol-

cat Bubalos cum Bubali, penè ad Ceruinam faciem in
 Africa procreentur. Iстis porrò, quos vros dicimus, tan-
 tina cornua in tantum modum protenduntur, ut dem-
 pta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum
 gerula fiant. Sunt & Alces mulis comparandæ, adeo
 propenso labro superiore, ut nisi recedens in posteriora ue-
 stigia pascinō queant. Scandinavia insula è regione Ger-
 maniae mittit animal, quales Alces, sed cuius suffragi-
 nes ut Elephantis flechi nequeunt, propterea non cubat,
 cum dormiendum est. Tamen somnolentam arbor susti-
 net, quæ propè casura sectatur, ut fera, dum assuetis ful-
 cimentis innititur, faciat ruinam. Ita capitur, alioqui
 difficile est eam manu capi. Nam in illorigore poplitum
 incomprehensibili fuga pollet. De germanicis iulis Scā-
 dinavia maxima est. Sed nihil in ea magnum præter ip-
 sam. Nam Gleffaria dat crystallum, dat & succinum,
 quia Succinum Germani gentiliter uocant Gleßum. Qua-
 litas materiæ istius summatim antea. Germanico autē
 Cæsare omnes Germaniæ oras scrutante cōperta arbor
 est, pinæ generis, cuius mediale autumni tenipore fuci-
 cino lachrymat. Succum esse arboris de nominis qua-
 litate capessas pinum uero unde sit genitum, si iussieris
 ipsius succi odor iudicabit, prætium opera est ire longius
 ne padaneæ syluæ credantur lapidem fleuisse. Hanc spe-
 ciem in Illyricum barbari intulerunt. Quæ cum Panno-
 nica commertia usu ad transpadanos homines foret dela-
 ta, quod ibi primum nostri uiderant, ibi etiam natam pu-
 tauerunt. Munere Neronis principis apparatus omnis
 absq; succino inornatus est, nec difficulter cum per idem
 tempus XIII millia librarum Rex Germaniæ dono

IVLII SOLINI

ei miserit. Rude primum nascitur ē corticosum. Deinde īcoctum adipe lactentis suis expoliur, ad quem uides mus nitorem. Pro facie habet nomina. Mellem dicitur, & Falernum, utrumq; de similitudine austini, aut utiq; mellis. In aperto est, quod rapiat folia, quod trahat paleas, quod uero medeatur multis uitalium incōmodis, mendacium docuit disciplina. Et India habet succinum, sed Germania plurimum, optimumq; quoniam ad insulam Clessariam ueneramus, à succino cœpum, ut superius dictum. Nam in Germaniae continentibus Callais reperiuntur, quam gemmam Arabicis anteponunt. Vincit enim gratia Arabes, quidam dicunt eam non alibi deprehendi, q̄ in nidis avium, quas μελαγχοφους vocant, quod nullus recipit, cum apud Germaniae populos quāvis rara in saxis tantum appareat. Honore & prelio ad Smaragdos uiret pallidum, nihil incundius aurum det. Cerauniarum porrò genera diuersa sunt. Germanica candida est, splendet tamen cœrulo, & si sub dio habebas fulgorem rapit syderum.

De Gallia, unde in uniuersum orbem terrarum adiutus patet. Et de oleo medico. Caput XXIII.

Alliae inter Rhenum, & Pyrenaum item
g inter Oceanum, & montes Gebennam,
ac Iuram porrigitur, felices præpingui-
bus glebis, ac commode prouentibus fru-
ctuarijs, pleræq; consitæ uitibus, & arbustis, omnia ad
usum animalium fœtu beatissima. Riguæ aquis flumi-
num, & fontium. Sed fontanis interdum sacris, ac ual-

popantibus. Infamantur ueneni periculorū incolarū, qui ut aiunt (ueri enim periculum non ad me recipio) dætestabili sacrorum ritu non ad honorem, sed potius ad iniuriam religionis, humanis litant hostijs. Ex isto sinu quoquo orbis uelis ex eas in Hispanias, & in Italiā terrā, mariq; in Africam maritātum, si Thracia sit petenda, excipit ager Rheticus optimus, & frax. Brigantino lacu nobilis. Inde Noricus frigidus & parcius fructuosus qua subducitur à iugis alpium admodū latus. Dehinc Pannonia uiro fortis, & solo plāno lata, atque uber, Drāmo, Sauoq; inclytis amnibus circumflua. Mox Myſiæ, quas maiores nostri iure Cereris horreū nominabant, in quarum parte quæ pontica est, apparet herba, qua inficitur oleum, quod uocant medicum, hoc ad incendium excitatum si obruere aqua gestas, ardet magis, nec alio sopitur, quam iactu pulueris.

De Britania & lapide Satage. Caput XXIIII.

Iniserat orbis ora Gallici litoris, nisi Britania insula non qualibet amplitudine nomen penè orbis alterius mereretur. Octini gentis enim & amplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in Calydonicum usq; angulum metiantur. In quo recessu Vlyssēm Calidoniæ appulsum manifestat ara græcis litteris inscripta uoto. Multis insulis, nec ignobilibus circundatur, quarum Iuuerna ei proximat, magnitudine in humana est, ritus incolarum aspero. Alia ita pabulosa, ut pecuaria nisi interdum aestate à pastibus arceantur, in periculum

agat satias, illic nullus anguis, avis rara, gens inhospita & bellicosa. Sanguine interemptorum hausto, prius uictores uultus suos oblinunt, fas, ac nefas eodem animo ducant, puerpera siquando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq; os paruuli summo mucrone auspicium alimentorum leuiter infert, & gentilibus uotis optat non aliter quam in bello, & inter arma mortem oppetat. Qui student cultui, dentibus mari nantium beluarum insigniunt ensium capulos. Candicant enim ad eburneam claritatem. Nam præcipua uiris gloria est in armorum tutela. Apis nusquam aduectum inde puluerem, seu lapillos si quis sparserit inter aluearia examina, fauos deserunt. Mare, quod Iuernam & Britaniam interluit undosum & inquietum toto in anno, non nisi astius pauculis diebus est nauigabile. Nauigat autem uimines aluers, quos circundant ambitione tergorum bubalorum. Quantocunq; tempore cursus tenet bit, nauigantes escis abstinent, freti latitudinem in centum uiginti millia passuum diffundi, qui fidem ad uestrum ratiocinati sunt, & stimarunt. Siluram quoque insulam ab ora, quam gens Britania detinet, turbidum fretum distinguit. Cuius homines etiam nunc custodiunt morem uetussum Nundinas, ac numrum refutant, dant res, & accipinut. Mutationibus necessaria potius, quam pretijs parantur, deos percolunt, scientiam futurorum pariter uiri, ac fœminæ ostentant. Athenatis insula ab luitur freto gallico, à Britaniæ continente aestuariu[m] tenui separata frumentarijs campis felix, & gleba uberi, nec tantum sibi soli, uerum & alijs salubris locis. Nam cū ipsa nullo serpatur angue, asportata de terra quoquo gentium

gentium inuestita sit, angues necat. Multæ & aliae circum
 Britaniam insulæ, è quibus Thule ultima, in qua
 æstiuo solstitio sole de Cancri sydere faciente transitum
 nox penè nulla. Brumali solstitio perinde nullus dies,
 ut ortus iunctus sit occasus. Ultra Thulen accipimus
 pigrum esse & concretum mare, à Calydoniæ promont
 torio Thulen potentibus bidui nauigatio est. Inde excipi
 unt, Hæbudes insulæ, quinq; numero, quarum incolæ
 nesciunt fruges, piscibus tantum, & lade uiuunt. Rex
 unus est universis. Nam quotquot sunt, omnes Angusta
 interlunie dividuntur. Rex nihil suum habet, omnia uni
 uersorum ad aequitatem certis legibus stringitur. Ac
 ne auaritia diuertat à uero, discit paupertate iustitiam, ut
 poterit cui nihil sit rei familiaris. Verum dicitur è publico,
 nulla illidatur fœmina propria, sed per uicissitudines in
 quacunque commotus fuerit usurariam sumit. Vnde
 ei, nec uotum, nec spes conceditur liberorum. Secundam
 à continentis stationem Orcades præbent, quæ ab Hæbu
 dibus porrò sunt septem dierum totidemq; noctium cur
 su. Numero tres * uacant homine, non habent sylvas,
 tantum iunceis herbis inhorrescunt. Cætera eorum nu
 ñæ arenæ, & rupes tenent. Ab Orcadibus usq;
 quinq; dierum, ac noctium nauigatio est. Sed Thule lar
 ga, & diutina Pomona copiosa est. Qui illic habitant,
 principio ueris inter pecudes pabulis uiuunt, deinde la
 de, in hyeme conserunt arborum fructus. Utuntur fœ
 minis uulgo, certum matrimonium nullis. Circuitus
 Britaniæ quadragies octies septuaginta quinque nullia
 passuum sunt. In quo spatio magna & multa flumina
 sunt, fontes calidi opiparo exulti apparatu ad usum
 Pomp. I

mortalium. Quibus fontibus præful est Mineruæ numen,
 in cuius æde perpetui ignes nunquam canescunt in fai-
 millas, sed ubi ignis tabuit, ueritur in globos saxeos.
 Præterea ut taceam metallorum largam, uariamq; co-
 piam, quibus Britaniæ solum undique generum pollet
 uenis locupletibus, Gagates hic plurimus, optimusq;
 lapis. Si decorem requiras, nigro genitius, si quali-
 tatem, nullius ferè ponderis, si naturam, aqua ardet,
 oleo restinguitur, si potestatem, attritu calfactus appli-
 citia detinet, aequa ut Succinum. Regionem partim te-
 nent barbari, quibus per artifices plagarum figuræ, iā
 inde à pueris uariæ animalium effigies incorporantur,
 inscriptisq; uisceribus hominis incremento pigmentis
 notæ crescunt. Neque quicquam magis patientiæ loco,
 nationes ferè ducunt, quam ut per memores cicatrices plu-
 rimum fuci artus bibant.

De Hispania, Gaditano freto, interno mari & Oceano.

Caput XXV.

Euersus ad continentem res Hispanienses
 vocant. Terrarum plaga comparanda opti-
 mis, nulli posthabenda frugum copia sine
 soli ubere, sine uinearum prouentus respice-
 te, sine arborarios uelis. Omni materia affuit quæcumq;
 aut pretio ambitiosa est, aut usu necessaria. Argentū, uel
 aurum si requiras, habet, ferrarijs nunq; deficit, nec cedit
 uitibus, uincit oleas, diuidua ē prouincij tribus. Secundo
 punico bello nostra facta, & nihil in ea ociosum, nihil ster-
 tile. Quicqd cuiuscumq; modi negat messem, uiget. Pabulis

etiam quæ arida sunt, ac sterilia rudentum materiem
 nauticis subministrant. Non cogunt ibi sales, sed effor-
 diunt, depurgant in minium nitelas pulueris, fucant uel
 lera, ut ad ruborem mirum deputent Coccæ uenenum.
 In Lusitania promontorium est, quod Artabrum, alijs O-
 lysipponeſe dicunt. Hoc cælum terras, & maria distin-
 guit, Hispaniæ latus finit, cælum & maria hoc modo
 dividit, quod à circuitu eius incipiunt Oceanus gallicus,
 & septentrionalis oceano Atlantico, & occasu termina-
 tis. Ibi oppidū Vlysippo ab Ulyſſe conditum. Ibi Tagus
 flumen. Tagum ob arenas auriferas ceteris amnibus
 præulerunt in proximis, Ulyſſipponis equæ lasciuunt
 mira fœcunditate, nam spirante fauonio uento concipi-
 unt, & sitientes viros aurarium spiritu maritantur. Iber-
 rus amnis toti Hispaniæ nomen dedit Bætis prouinciæ
 uterq; nobilis. Carthaginem apud Iberos, quæ mox Cola-
 nia facta est, pœni considerunt. Tarragonem Scipiones,
 ideo caput est prouinciæ Tarragonensis, Lusitanum lu-
 tus pollet gemma ceraunia plurimum, quam etiam
 indicis præferunt, huius ceraunia color est è Pyropo,
 qualitas igni probatur. Quem si sine detimento sui p-
 ferat, aduersus uim fulgurum creditur opitalari. Cassi-
 terides insulæ speſtant aduersum Celtiberiæ latuſ pluri-
 bis fertiles, & tres fortunatae, è quibus solum uocabulum
 signandum fuit, Ebusus è Balearibus, quæ à Dianio ab
 est septingenta stadia, serpentem non habet, utpote cui
 ius terra serpentes fugit. Colubraria, quæ Sucronem uer-
 sus est, fœta est anguibus. Boccoris regnum Baleares
 fuerunt, usq; ad euersionem Phrygium. Cuniculis ani-
 malibus quoddam copiosæ in capite Bæticae ubi extremus

est nos̄ orbis terminus, insula à continenti septingenas
pedibus separatur, quam Tyrij à rubro profecti mari
Erythræam, Pœni lingua suā Cadir, id est sepem nomi-
narunt. In hac Geryonenī æuum agitauisse plurimis mo-
nimentis probatur, tametsi quidam putent Herculem
boves ex alia insula abduxisse, quæ Lusitaniam contine-
tur. Sed Gaditanum fretum à Gadibus dictum. Atlan-
ticus æstus in nostrum mare dissidium orbis immittit.
Non ωκεανός, quem græci sic nominant, à celeritate,
ob occasu solis irrumens, lœuolatere Europam radit.
Africam dextro, scissisq; Calpe, & Abila montibus,
quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur,
& Hispaniam. Ac freto isti, cuius XV millia passuum
efficit longitudo, latitudo uix septem. Quodam ostio ape-
rit lumen interni æquoris, missum mediterraneis fini-
bus, quoisq; orientem procellit. Horum, qui Hispanias
profundit, Ibericus fertur, & Balearicus. Qui Narbo-
nensem prouinciam, Gallicus, Mox Ligusticus, ab eo
ad siciliam Tuscus, quem græci Ionium uel Tyrrhe-
num, Itali inferum vocant. A Sicilia Cretam usque
Siculus, Inde Creticus, qui in Pamphyliam, & Egy-
ptium protenditur mare. Quæ aquarium molesto in
septentrionem prius latere, anfractibus magnis iuxta
Græcias & Illyricum per Hellespontum in angustias
stringitur Propontidos, quæ propontis Europam, Asiu-
amq; discriminans ad Maeotida peruenit. Causas nomi-
num non uniformis dedit ratio. Asiaticum & Phœni-
cum à prouincijs dictum, ab insulis Carpathium, Ega-
num, Icaricum, Balearicum, Cyprium, à gentibus Auso-
niūm, Dalmaticum, Ligusticum, Thuscum ab oppi-

dis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium, à ca
 fibus hominum Myrtoon, uel Helleponsum. A' me-
 moria regis Ionium. A' bouis transiu, uel angustijs,
 etiam meatibus boum per ijs Bosphorus. A' moribus
 accoliarum Euxinus αὶ εὐος ante appellatus. Ab ordi-
 ne fluenti, Propontis, Ægyptum pelagus Asia datur.
 Gallicum Europæ Africum Libyæ, his ut quæque proxi-
 ma sunt, uenerunt in partes partium, hæc in gremijs ter-
 rarum. Oras autem extimas Oceanus amplectitur, qui
 à litoribus suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Seri-
 cus, Hyrcanus, Caspius, Scythicus, Germanicus, Galli-
 cus, Atlanticus, Lybicus, Æthiopicus dicitur. Cuius ac-
 cessus incrementa circa litora Indiæ uehementissime pro-
 ruunt, maximosq; ibi exitus faciunt, siue quod sui
 spensis altius sustollatur ui caloris, seu quod in ea par-
 te orbis eorum fontium et fluminum copia sit effusior. Di-
 bitatur etiam nunc quibus ex causis intumescat Ocea-
 nus, uel quatenus cum superfluus sibi fuerit, rursus in se
 residat. Nec in obscuro est, plura pro ingenij differen-
 tiam, potius quam pro ueritatis fide expressa. Sed omis-
 sa aincipiti concurrentium quæstione, has opiniones pro-
 batissimas inuenimus. Physici autumant mundum ani-
 male esse, eumq; ex varijs elementorum corporibus con-
 globatum, moueri spiritu, regi mente. Quæ utraq; dif-
 fusæ per membra omnia æternæ molis uigorem exerce-
 ant. Sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spi-
 ritalia, ita in profundis oceani rareis quasdam mundi
 constitutas, per quas emissi anhelitus uel reduci modo
 inflent maria, modore uocent. At ij, qui syderum sequun-
 tur disciplinam, contendunt meatus istos cōmoueri Lunæ

cursibus, adeo ut sic uicissitudines inter inaciem aquarum & plenitudinem respiciant, aduentus eius, uel defectiones. Neque eodem semper tempore, sed prout illa, aut mergatur, aut surgat, uariant se alter nantes recursus.

De Libya, hortis Hesperidum, monte Atlante.

Caput XXVI.

E Hispania excursus in Lybiam. Nam Bel lona progressus, quod Beticae oppidum est, ultra interiacens freum trium & triginta millium passuum Tingi excepit Mauritaniae nunc colonia, & cuius primus author Anteus fuit. Porro quia in illo ambitu Ægyptum finitur pelagus, et Libycum incipit, placuit ut Africam Libyam diceremus. Quidam tamen Libyam à Libyæ Epaphi filia, Africam autem ab Afro Libys Herculis filio potius dictam recupe runt. Lix quoque colonia in eodem tractu constituta est, ubi Anteiregia, quia implicandis explicandisq; nexibus humi melius sciens, uelut genitus matre terra, ibidem ab Hercule extinctus est. Nam de hortis Hesperidum, & peruigili draconे, ne famæ licentia uulneretur fides, ratio hæc est. Flexuoso meatu aestuarium è mari seruit, adeo sinuosis lateribus tortuosum ut uisentibus procul lapsus angueos fracta uertigine mentiantur. Itaque quot hortos appellauere circundat. Vnde pomorum custodem interprætantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. Sed hæc insula sinuata finibus aluei recurrentis in quib[us] budsam æquoris spiris, uel spatij sita præter arbores

oleastris similes, & aram sacram Herculi aliud nihil praefert, quod propaget uetus statis memoriam. Verum ultra frutices aureos & metalla frondentia, illud magis mirum, quod solum inferiore licet libra depresso, nunc quam tamen accessus freti superlabinur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginibus hæret unda, & intimus orarum supercalijs sponte fluctus in gyrum resistunt. Ita spectaculo loci ingenio nimium planicies manet sicca, quamvis prona superueniant aquora. Sala opipidum imminet Salæ flumini, ab hoc per Autolatum gentē iter ē ad Atlaticas solitudines. Atlas mons ē media arenarum consurgens uastitate, & eductus in viciniam lunaris circuli. Ultra nubila caput condit, qua ad Occanum extenditur, cui à se nomen dedit. Mana fontibus nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur, squalerat ieunio humo nuda, nec herbida. Quia Africam contra uersus est, opimus nascentibus sponte frugibus, arboribus proceris opacissimus, quarum odor grauis, come cupressi similes, uestiuntur lanagine sericie uellibus nihil uillore. In eo latere & herba Euphorbia copiosa, cuius succus proficit ad oculariam claritatem, & multiplex praesidium sanitatis, nec mediocriter percelli vim uenenorū. Vertex semper nivalis. Saltus eius quadrupedes, ac serpentes feræ, & cum his Elephanti occupauerunt. Si let per diem uniuersus, nec sine horrore secretus est, luce nocturnis ignibus, choris & gypanū undiq; personatur. Audiuntur & cantus tibiarum, & tinnitus cymbalorum. Per oram maritimam à Lixa abest quinq;, & ducentis millibus passuum. Lix à gaditano freto canum XII milibus habitatus ante, ut indicat hæc facies, quondam cul-

tu exercita, in quam usque ad huc uitis, & palmæ extant uestigia. Apex Persico, & Herculi perius, cæteris inaccessus. Ita fidem ararum inscriptio palam facit.

Qua speltat occasum inter ipsum, & flumen Anatim quadrin genta nonaginta sex millia passuum infames bestijs sylva obfident. Amnes circa eum non tacendi. Qui licet separarentur inter uallis amplioribus transferunt tamen in quoddam Atlantici montis ministerium. A' sana marino hanstu Bambothum Hippopotamis referunt, ultraq; adhuc annis qui atro colore exit per intimas et exustas solitudines, quæ torrente perpermo, & sole nimio plusq; ignito nunquam ab astu uindicatur. Hac de Atlante, quem Mauri Additum nominant & Hamonis punici libri & nostri annales prodiderunt. Iuba etiam Ptolemæi filius, qui utriusq; Mauritania regno potius est, Suetonius quoq; paulinus summam huic cognitioni imposuit manum, qui ultra Atlantem primus & penè solus Romana signa circumulit.

De Mauritania. De Elephantis.

Caput. XXVII.

Rouincijs Mauritanij Tingitana, qua solstitiali plaga obvia est, quaq; porrigitur ad internum mare, exurat montibus septem, qui à similitudine fratres appellati freto imminent. Hi montes elephantis frequentissimi sunt. Monet à principio hoc animalium genus dicere. Igitur elephanti iuxta sensum humanum intellectum habent, memoria pollent, syderum seruant disciplinam.

Iuna nitescente gregatim amnes petunt, mox aspersi li-
quore, solis exortum motibus, quibus possunt salutant.
Deinde in saltus reuertuntur. Duo eorum genera sunt
Nobiliores indicat magnitudo, minores nothos dicunt.
Candore dentium intelligitur iuventa. Quorum alter
semper in ministerio est, alteri paratur, ne hebetatus assi-
duo repercussu minus uigeat si fuerit dimicandum,
cum uenatu premuntur, pariter configunt, ut ebore
damnato non requirantur. Hanc enim sibi causam in-
esse periculi praesentiant. Oberrant agminatum. Natu-
maximus ducit agmen, atate proximus cogit frequen-
tes. Flumen transiuri nimmos ante nittunt, ne maiorū
ingressu aluum alterant, & profundos depresso uadis
gurgites faciant. Venerem ante annos decem fœmina,
ante quinq; mares nesciunt. Biennio coeunt. Quinis
nec amplius, in anno diebus. Non prius ad gregarium
numerum reuersuri, quam uiuis aquis abluantur, pro-
pter fœminas nunquam dimicant, nulla enim nouer-
runt adulteria. Inest illis clementia bonum. Quippe si
per deserta uagabundum hominem forte uiderint, du-
ctus usq; ad notas vias præbent, uel si confertis pecoribus
occurserint, itinera sibi blanda, & placida manu faciunt
ne quod obuium animal interimant. At conflictu fortui-
to siquando pugnatur, non mediocrem habent curam
faucom. Nam fessos vulneratosq; in medium recer-
ptant. Cum captiuitate uenerint in manus hominum
mansuescunt hausto ordei succo. Maria transmeaturi, na-
uers non prius subeunt, q; de reditu illis sacramentum
luatur. Indicos elephantes Mauritani timent, & quasi
paruitatis suæ consciū aspernantur ab his uideri. Non

annis decem, ut uulgas, sed biennio, ut Aristoteles defit
 mit, utero grauescunt, nec amplius quam semel gignunt
 nec plurens, quam singulos, uiuunt in annos trecentos,
 impatiensissimi frigoris, truncos edunt, lapides hauri-
 unt, gratissimas in cibatu palmas habent. Odorem mu-
 ris uel maxime fugiunt. Pabula etiam quae à musculis
 contacta sunt, recusant. Siquis casu Chamæleontem
 deuorauerit, uermen elephantis ueneficum, quia uermis
 ille ueneficus etiam elephantis Oleastro sumpto pesti me-
 detur. Durissimum dorso tergus est uentri mollius. Seta-
 rum hirsutæ nullæ. Inter hos et dracones iugis discordia.
 Denique insidiæ hoc astu preparantur, serpentes pro-
 pter sémitas delitescunt, per quas elephantii assuetis cal-
 libus euagantur, atque ut prætermisis prioribus postre-
 mo adoriuntur, ne qui antecesserint, ualeant ultimis opi-
 tulari. Ac primum pedes nodis illigant, ut laqueatis
 cruribus impedian gradiendi facultatem. Nam ele-
 phanti nisi præuenti hac spirarum mora uel arboribus
 se, uel saxis applicant, ut pondere nitibundo attritos
 recent angues. Dimicatio nis præcipua causa est, quod
 elephantis, ut aiunt, frigidior inest sanguis, & obid
 à draconibus audiissimo torrente captantur astu. Deniq;
 nunquam inuadunt nisi pom granatos, ut uenis pro-
 pensius irrigatis maiorem sumant de oppressis facieta-
 tem. Nec aliud magis quam oculos petunt, quos so-
 los expugnabilis sciunt. Vel interiora aurium, quia is-
 tantum locus defendi non potest proboscide. Itaque cum
 ebiberint sanguinem, dum ruunt belluæ, dracones obrui-
 untur. Sic utrinq; fusus cruor terram imbuit, fitq; pigi-
 mentum quicquid soli tinxerit, quod cinnabarim uor-

tant. Elephantes Italia anno urbis conditæ quadragesimo septuagesimo secundo, in Lucanis primum bello episcopico uidit, & Boës Lucas inde dixit. Cœsariensi Coloniæ Cœsaria inest à D. Claudio deducta Bocchiphius regia, postmodum Iubæ indulgentia populi Romani dono data. Inest & oppidum Siga, quod habitaculum Siphaci fuit. Nec ab Ichneusio taciti recedamus. Hercule enim illac transiente uiginti, qui à comitatu eius desciverant locum deligunt. Iacunt mœnia. Ac ne quis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de condentium numero urbi nomen datum.

De Numidia, & in ea de Vrbs. Caput XXVIII.

Vod est à flumine Absanga Numidiæ dat tur huius incola quandiu errarunt pabulationibus vagabundis. Nomades diffi sunt, Vrbes in ea quam plurimæ nobilesq; sed circa eminent. Dein Cullu purpurario fuco tyrijs uelleribus comparata. Omnis hac regio finibus in Zeugitanum litem definit. Qua parte sylvestris est, feras educat, quæ iugis ardua equos alit, eximio etiam marmore praedicitur. Numidici ursi forma cæteris præstant, rabie dumtaxat, & nullis profundioribus. Nam genitura parest quo quo loco editis eam protinus dixero. Coeunt non itidem quadrupedes aliae, sed apti amplexibus mutuis uelut humanis coniugationibus copulatur. Desyderiū ueneris hyenis suscitat, secreti honore reuerentur mares gramidas, et in ijsdē licet foueis partitis tñ per scroberis secubationibus diuiduntur. Lucina illis properatius tēpus est, q̄ppe

uterum trigesimus dies liberat, unde euenit, ut præcipita
ta fœcunditas informes creet partus. Carnes pauxillu
las edunt, quibus color candidus, oculi nulli, & de festa
na immaturitate tantum rufis sanies exceptis unguium
liniamentis, has lambendo sensim figurant & interdū
ad pectora fuent, ut assiduo incubatu calfactæ anima
lem trahant spiritum. Interea cibis nullus. Sanè diebus
primis XIIII matres in somnum ita concidunt, ut
nec uulneribus excitari queant. Enix & quaternis latent
mensibus. Mox egressæ in diem liberum tantam patin
tur insolentiam lucis, ut putas obsitas cæcitate. Inuallidū
ursis caput, uis maxima in brachijs, & lumbis, unde in
terdum posticis pedibus infistunt. Insidiantur aluearibus
apum, maxime fauos appetunt, nec amidius aliud q̄ mel
la captant. Cum gustauere mandragoræ mala moriu
tur. Sed eunt obuiam, ne malum in perniciem conuale
scat, s̄t formicas deuorant ad recuperandam sanitatem.
Siquando tauros adoriuntur, sciunt quibus potissimum
partibus immorentur, nec aliud q̄ cornua, aut nares pe
tunt, cornua ut pondere defatigentur, nares ut acrior dol
lor sit in loco teneriore. M. Messala C O S. L. Domitius
Ænobarbus curulis ædilis ursos numidicos centum &
totidem æthiopas uenatores in circo Romano edidit. Idq̄
spectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

De Africa, & de omnibus in ea memoria di-
gnis. Caput XXIX.

Mnis Africa à Zeugitano pede incipit, pro
montorio Apollinis, Sardiniae controuersa
promontorio Mercurij, procedens in fron-
tem sicanam, proinde extenta in duas pro-
minentias. Quarum altera promontorium candidum di-
citur, altera, quæ est in cyrenaica regione, Phicontem no-
cant, ea per sinum creticum opposita Cretæ insulæ, con-
tra Tænarum Laconiaæ excurrit arenis. Catabathnus
Ægypto insinuata, cui proximi Gyrenenses, extenditur
inter duas syrtes, quas inaccessas uadofum, ac recipro-
cum mare efficit, cuius sali defectus, uel incrementa
haud promptum est deprehendere. Ita incertis motibus
nunc in brevia rescindit dorsuosa, nunc æstibus inun-
datur inquietis, ut Varro author est, perflabilem ibi
terram uentis penetrantibus, subitam uim spiritus cù-
tissimus aut reuocare maria aut rescribere. Omnis hæc
plaga ab Æthiopia, et terminis Asie, Nigri flumine, qui
Nilum parit ab Hispania fretu scinditur, latere, quo
ad meridiem uergit, fontium inops, & infamis sit, al-
trinsecus quam septentrionem patitur, aquarum larga
in agro Byzaniano patet, passuum ducentis uel amplius
millibus, glebis ita præpinguis, ut iacta ibi semina
cum incremento centesimæ frugis renascantur. Externos
in ea plurimos conuentasse argumentum de urbibus,
& locis dabimus. Borion promontorium, quod Aq-
uilone cœditur, græci aduenæ sic uocauerunt, Hippo-
rem Regium postea dictum. Item Hipponum alterum

de interfluentे freto Diarrhyton nuncupatum. Nobilissima oppida equites græci condiderunt. Clypeam ciuitatem Siculi extruunt, & Aspida primum nominant. Veneriam etiam, in qua Veneris Erycinæ religiones transulerunt. Achæi Tripolim lingua sua signant de trium urbium numero Taphræ, Abrotani, Leptis magnæ, philenis fratribus à laudis cupidine graium uocamentum. Adrymeto, atque Carthagini auctor est à Tyropopoulos. Sed quæ super Carthagine ueraces libri prodiderunt, hoc locoreddam. Vibem istam, ut Cato in oratione senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit domo Phœnix, & Carthagam dixit, quod punico ore exprimit nouam ciuitatem. Mox sermone uerso in uerbum punicum, & hæc Elissa, & alia Carthago dicta est. Quæ post annos septingentos trigintaseptem exciditur, quam fuerat extrusa. Deinde à C. Gracco colonis italicis data, & Iunonia ab eo dicta. Aliquantisper ignobilis humili, & languido statu. Demum in claritate secundæ Carthaginis interiecit centum & duobus annis, M. Antonio, P. Dolo bella COSS. enituit, alterum post urbem Romam terrarum decus. Verum, ut ad Africam redeā, ipsa suo cingitur angulo. Interna eius plurimæ quidē bestiæ, sed principaliter Leones tenent. Qui, ut Aristoteles perhibet, scilicet ex eo genere, quod dentatum uocant, uident, protinus atque nascuntur. Quorum trifariam genus scinditur. Nâ breuiores, & iubis crissipi plerunque ignauii sunt & imbelles. Longiores & coma simplici acres magis, ac portentes. At ij, quos creant Pardi in plebe remanent, iubarum inopes, pariter omnes parcunt à sagina. Primum

quod alternis diebus potum, alternis cibum capiunt, ac frequenter si concoctio non est insecura, solita cibationi su perponunt diem. Tum quod carnes iusto amplius deu ratas cum grauant, insertis in ora unguibus sponte pro trahunt. Sanè et cum fugiendum est, in satietatem idē faciunt. Senectam defēcio probat dentium. Nam clemē tiae indicia nulta sunt, Prostratis parcunt. In viros poti us, q̄ infœminas sc̄niunt. Infantem non nisi in magna fa me perimunt. Nec à misericordia separantur. Assiduis de niq; exemplis patet eos pepercisse, cum multi captiuorum aliquot Leonibus obuij intacti repatriauerint. Getulæ etiam mulieris nomen Iubæ libris comprehensum est, quæ obtestata occursantes feras impunis rediit. Auersi coeūt, nec hi tantum, sed et Lynces, et Camelæ, et Elephan ti, et Rhinocerotes, et Tigrides. Leænae fœtu primo catulos quinque edunt, deinde per singulos partus, nu merum decoquunt annis in sequentibus. Sed postremo cum ad unum materna fœcunditas recidit, ut ultimo singulos procreent, steriles fiunt in æternum. Animos Leonum frons, et cauda indicant, sicut motus equini de auribus intelligunt. Dedit. n. has duas notas generosissi mo cuiq; natura. Vis summa in pectore est firmitas in ca pite præcipua. Cum premuntur à canibus contemptim re cedunt, subsistentesq; interdum ancipiiti recessu dissimulat timorem idq; agit, si in campis patentibus, ac nudis urge antur. Nam sylvestribus locis quasi testem ignaviae non re formidantes, quanta possunt se fuga subtrahunt. Cum in sequuntur, nisum saltu adiuuant. Cum fugiunt, non ualent salire! Gradientes nucrones unguium uaginis corporum claudunt, ne cacumina atriuu tundantur.

IVLII SOLINI

Hoc adeo custodiunt, ut non nisi auersis faculis currant. Septi à uenantibus obtutu terram contuentur quominus conspectis uenabulis terreantur. Nunquam * limo uident, miniūneq; se uolunt aspici. Cantus Gallinaceorum, & rotarum timent strepitus. Sed ignem magis. Leontophonas accēpimus uocari bestias modicas, quae captæ exuruntur, ut earum cineris aspergine carnes pollutæ, iactæq; per compita concurrenium semitarum Leones necent, si quantulum cunq; ex illis sumperint. Propterea Leones naturali eas premunt odio, atque ubi facultas data est, morsu quidem abstinent, sed dilania eas exanimant pedum nisibus. spectaculum ex his Romæ primus edidit Scæuola P. Filius in curuli ædilitate. Hyenam quoque mittit Africa, cui cum spina riget, collum continua unitate flecti nequit, nisi toto corpore arcta. Multa de ea mira. Primum quod sequitur stabula pastorum, & auditu assiduo addiscit uocamen, quod exprimere possit imitatione uocis humanæ, ut in hominē astu accitum noctu sœuiat. Vomitus quoq; mentitur humanos, falsis' que singultibus sollicitos sic canes deuorat. Qui forte si uenantes umbram eius dum inseguuntur, congerint, latrare nequeunt uoce perdita. Eadem Hyena inquisitione corporum sepulchorum busta eruit, propterea promptius est marenī capere. Fœminis enim ingenita est callidior astutia. Varietas multiplex inest oculis, colorumq; mutatio. In quorum pupillis lapis inuenitur, Hyenium dicunt, præditum illa potestate, ut cuius hominis fuerit linguae subditus prædicat futura. Verum Hyena quodcunque animal ter lustrauerit, mouere se non potest. Quapropter me gicam scientiam inesse ei pronuntiauerunt

pronunciauerunt. In Aethiopiæ parte coit cū leæna, unde nascitur monstrum, cui Crocutæ nomen est. Voces hominum & ipsa pariter affectat. Nunquam conmuet aciem orbium, sed in obtutum sine nictatione contendit. In ore gingua nulla, dens unus, atq; perpetuus, qui ut nunquam retundatur, naturaliter capsularum modo clauditur. Inter ea, quæ dicunt herbaria, eadem Africa onagros habet, in quo genere singuli imperitant gregibus fœminarum, æmulos libidinis metuunt, inde est, quod grauidas suas seruant, ut in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi spem mortuam detruncent. Quod cauentes fœminæ in secessibus parvum oculunt. Africa serpentibus adeo fœcunda est, ut mali huius merito illi potissimum palma detur. Cerastræ præferunt quadrigemina cornicula, quorum ostentatione ueluti esca illice sollicitatas auens perimunt. Nam reliqua corporis de industria arenis tegunt, nec ullum indicium sui p̄bent, nisi ex ea parte, qua inuitatis dolo pastibus necem perpetuam aucepentur. Amphisbæna consurgit in caput geminum, quorum alterum in loco suo est, alterum in ea parte, qua canda. Quæ causa efficit, ut capite uterque sexus nitibundo serpat træfibus orbiculatis. Iaculi arbores subeunt, è quibus uim maxima turbinati, penetrant animal quodcumque obuiam fortuna fecerit. Scytale tanta præ fulget tergi uarietate, ut notarium gratia uidentes retarder, & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupentes. In hoc tamen squamatum nitore, hyemales exuuias prima ponit. Plures, diuersæq; aspidum species, uerum disparis effectus ad nocendum. Dipsas sibi interficit. * Hypnale somno ne-

cat, teste etiam Cleopatra emitur ad mortem. Aliarum
uirus, quoniam medias ad mittit, minus famæ meret
ur. Hæmorrhoidis mortu sanguinem elicit, & dissolu-
tis uenarum commercijs, quicquid animæ est, euocat per
cruorem. * Prester quem percussit dissipatur, enor-
miq; corpulentia necatur exuberans, Ictus Sepium sta-
tum putredo sequitur. Sunt & Hammoditæ, est & Cœ
chris, Elephantæ, Chersydri, Chamæ, Dracones, postre-
mo quantus nominum, tantus mortuum numerus.
Nam Scorpiones Scythici, lacertiq; uermibus, non seri-
pentibus ascribuntur. Monstra hæc sibilant, clementius
ferunt, habent affectus, temere nisi coniuges euagani-
tur. Captio altero, uel occiso uter superfluerit, efferatur.
Subtiliora sunt capita fœminis. A lui tumidiiores, pestis
nocentior. Masculus æqualiter teres est, sublimior etiā,
mitiorq;. Igitur anguibus uniuersis hebes uisus est. Raro
in aduersum contuentur, nec frustra, cum oculos non
in fronte habeant, sed in temporibus, ad m. citius au-
diant quam quid aspiciant. De gemma Heliotropio ini-
ter Æthiopiam, Africam, Cyprum certamen fuit, quæna
mitteret generis huius eminentissimam, deprehensumq;
est documentis plurimis Æthiopicam, aut Libycam
palmam tenere. Viridi colore est, non ita acuto, sed nu-
bilo magis, & represso stellis puniceis superspersa. Ca-
sa nominis de lapidis est effectu, & potestate deiecta in
labris æneis radios solis mutat, sanguineo repercussu
septa, extraq; aquam splendorem aeris abicit, & auer-
tit. Etiam illud posse dicitur, ut herbae eiusdem nomi-
nis mista, & præcantationibus legitimis consecrata, eum
a quocunq; gestabitur, subtrahat uisibus obuiorum. IV

ter Syrtis quanuis terra per gentilus iter syderibus desinatur, nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat, & minimo licet uento tantam diuersitatem flatus efficit, ut subinde peruersis, Syribus locorum nulla indicia agnitioni relinquantur, cum, modo quo fuerant tumulis ardua, in uallen residunt, modo quo uallibus præssa, congestu pulueris aggerantur. Ita etiam continens maris naturam ui patitur, nec interest ubi potius sint procellæ, cum ad exitum uiantium elementis congruentibus in terris flabra sœuant, in mariterræ. Vt ræq; Syrtes ducentis quinquaginta milibus passuum separantur, aliquando clementior, quæ minor est Cn deniq; Seruilio, Cn. Sempronio C O S S. inter hæc uadosa Romanam Classem impune accapit nus perfretasse. In hoc sinu Meninx insula post Mynturnenses paludes C. Mario fuit latebra. Supra Garai mantas Osylli fuerunt contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate. Solimorsibus anguum non interibant, & quanuis dente letali appetiti, incorrupta durabant sanitate. Recens etiam editos serpentibus offerebant. Si essent partes adulterini matrum criminis plectebantur interitu parvulorum. Si pudici, probos ortus à morte paterni sanguinis priuilegium tuebantur. Sic originis fidem probabant uenenis indicantibus. Sed hæc gens interiit à Nasamonibus capta. Neque quicquam aliud præter opinionē de uestigio nominis sui Psylle reliquerūt. Nasamoniten lapidem Nasamones dant sanguineum uniuersum nigris uenulis adumbratum. In initio recessu Syribus maioris circa philenorum aras Lophagos fuisse didicimus. Nec incertum est, à Philenorū

aris non procul palus est, quam triton amnis influit.
 Vbi speculatam se artium deam crediderunt. Maior
 Syrtis ostentat, oppidum Cyrenas uocant, quod Bathus
 Lacedæmonius olympiade quinta & quadragesima
 Rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam
 captam quinagesimo octogesimo sexto condidit. Quæ
 domus Callimachi poetæ fuit patria. Inter hoc oppidum
 & templum Hammonis millia passuum trecenta sunt,
 templo fons proximat soli sacer. Qui humoris nexibus
 humum stringit, fauillam etiam in cespitem solidat.
 In qua gleba non sine miraculo lucus uiret undiq; secus
 agris arenibus, illic & lapis legitur, Hammonis uo-
 cant cornu. Nam ita tortuosus est, & inflexus, ut effi-
 giem reddat cornu Arietini. Fulgore aureo est. prædi-
 uina somniare repræsentare dicitur subiectus capitâ incu-
 bantium. Et arbor est Melopos nomine, ex qua profluit
 lentus humor, quem à loco Hammoniacum nominauis-
 mus. Apud Cyrenenses præterea Syrpe gignitur odorati-
 tis radicibus, uirgulto herbido magis, quam arbusto.
 Cuius è culmo exudat æstatis tempore pingue roscidū,
 idq; pascentium Hircorum inhæret barbulis. Vbi
 cum arefactum inoleuit guttis styriacis legitur ad ui-
 sum mensarum, uel medelæ magis. Dictum est pri-
 mum lac Syrpicum, quoniam manat in modum la-
 eteum, deinde usu deriuante Laser nominatum. Quæ
 geramina initio barbaricæ impressionis uastatis agris,
 postea ob intollerandam uectigalis nimietatem, ferme
 penitus ipsi accolæ eruerunt. Cyrenis ab læua Africa
 est, ab dextra Ægyptus, à fronte sauum, & importuo
 sum mare, à tergo Barbarorum mariæ nationes, & soli-

tudo inaccessa, inaultaq; et squalens, quæ Basiliscum
creat malum in terris singulare. Serpens est penè ad se
mipedem longitudinis, alba quasi mitrula, lineatus
caput, nec hominum tantum, uel aliorum animans
tum exitus datur, sed terra quoque ipsius, quam pol-
luit, et exurit, et ubique ferale sortitus receptacu-
lum. Deniq; extinguit herbas, necat arbores ipsas, etiā
corrumpt auras, ita ut in acra nulla alium impune
transuoleat infecta spiritu pestilenti. Cum mouetur, me-
dia corporis parte serpit, media arduus est, et excelsus.
Sibilum eius etiam serpentes alijs perhorrescunt. Et cū
accēperint fugam, quæq; quoquo possunt properant.
Quicquid morsueius occiditur, non depascitur fera, nō
attrahat ales. Mustelis tantum uincitur, quas illinc ho-
mines inferunt cavernis, in quibus delitescit. Vista-
men ne defuncto quidem deest. Deniq; Basilisci reliquias
amplo festivio Pergamensi comparatunt, et utædem
Apollinis manu insignem, nec araneæ intexerent, nec
alites inuolarent, cadavereius reticulo aureo suspensum
ibidem locarunt. Circa exitum Syrium illarum. Bere-
nicen ciuitatem alluit Lethon amnis, inferna, ut putant,
inundatione prorumpens, et apud pristinos uates la-
tice memoratus obliuionis. Hanc Berenice munivit,
qua Ptolemæo tertio fuit nupta, et in maiori Syri lo-
cauit. Omne autem latifundium, quod inter Ægyptum
Æthiopiam, Libyamq; diffunditur, quacunque lucis
opacum est, uarium impletuit Simiarum genus. Nec
quisquam offensus nominis cognitione grauetur. Enim
uero operæ pretium est nihil omittere in quo naturæ spe-
ctanda sit prouidentia. Plebs Simiarum in ijs est,

quas passim uidemus non sine ingenio & mulandi, quos facilius in manus ueniunt. Nam dum aude uenantum gestus affectant, relicta consulto uisci unguilla, quod mendacio factum uident, oculos suos oblinunt. Ita uisu obdundo, prouum est eas corripi. Exultant noua Luna, triutes sunt cornuto, & cano sydere. Immoderate foetus amant, adeo ut catulos facilis amittant, quos impendio diligunt, & ante se gestant, quoniam neglecti penes matrem semper haerent. Cercopitheci caudas habent, haec discretio est inter prius dictas. Cynocephali & ipsi sunt è numero simiarum in Aethiopiae partibus frequentissimi. Violenti ad saltum, sibi morsu, nunquam ita manueti, ut non sint magis rabidi. Inter Simias habentur, et sphinges uillosum & comis, mammis prominulis ac profundi, dociles ad feritatis oblivionem. Sunt & quas uocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietae, Callitriches toto penè aspectu à ceteris differunt, in facie barba est, lata cauda. Has capere non est arduum sed proferre rarum. Neque enim uiunt in altero, q̄ in Aethiopico, hoc est suo cœlo.

De Nasamonibus. Caput XXX.

Nter Nasamonas & Troglodytas gens Amantum est, quæ salibus domos extrahunt, quos in modum cauârum è montibus excitatos ad usum ædium cementicijs necunt struibus. Tanta ibi huiuscemodi copia est, ut tecta faciant è salinis. Hi sunt amantes, qui commercia cum Troglodytis habent. Carbunculi gemmæ citra Amantes,

proprios Nasamonibus Hasbystræ lasere uiunt, hoc
aluntur, hoc illis dulce est.

De Garamantibus. Caput XXXI.

Aramantium oppidum est Debris fonte mā
ro, qui deniq; alternis uicibus die frigescat,
nocte ferueat, ac per eadem uenarum com
mercia interdum ignito uapore aestuet, int
er dum glaciali horrore algescat, incredibile memoratu,
ut tam breui tēporis curriculo, natura tam dissonam sū
faciat uarietatem. Idq; qui per concitari uelit, tenebris in
esse fluori illi aeternam faciem credat. Qui timetur die
brumaleis scatebras, nunquam aliud existimet q̄ perpe
tuo rigere. Vnde non immerito pergentes Debris incly
ta est. Cuius aquæ & cœlesti uertigine mutant qualitatē
controversa syderum disciplina. Nam cum mundum
à calore uesper temperet, ab occasu iāpit ita incalescere,
ut ni tactu abstineas. noxiū sit contigisse. Rursus cum
ortus solis incanduerit, & radijs feruefacta sint omnia
sic glaciales euomit scaturigines, ut hauriri etiam à sitiē
bus non queat. Quis ergo non stupeat fontem, qui
friget calore, calet frigore? Garamanticæ regionis cap
put Garamana est, ad quam interdui inextricabile
fuit, & nimium. Nam latrones putros arenis ope
riebant, ut temporali fraude subductis aquis in fame,
& siti iter submoueret accessus uiantium. Sed Vespasia
no principe bello, quod cum Oensibus gestum est, diffi
cultas hæc interiūt compēdio spatiū breuioris reperto. Ga
ramala Cornelius Balbus subegit, et prius ex hac uicto

IVLII SOLINI

rat triumphauit, primus sane de externis, ut pote qui Gadibus genitus accessit ad gloriam nominis triumphalis. Armenta gentis istius obliquis ceruicibus parbulantur. Nam si recta ad pastum ora dirigant, officiant. Prona in humum cornua & obnixa. Ex parte, qua Cerina est, accepimus Gaulon insulam, in qua serpens neque nascitur, neque uiuit inuecta. Propterea iactus ex quo cuncti gentium puluis arcet anguis. Scorpiones superierat ilico perimit.

De Æthiopibus & mirabilibus in ea.

Caput XXXII.

Ethiopes, & Atlanticae gentes Nigri flumine diuiduntur, quam partem putant Nili. Sic Papyro uiret, sic calamo prætexitur. Animalia eadem est, iisdem temporibus exundat, intra ripas tunc quoque redit, cum contenus est alueo suo Nilus. Garamantici Æthiopes matrimonia priuatim nesciunt, sed omnibus uulgo in uenerem licet. Inde est, quod filios matres tantum recognoscant. Nam paterni nominis nulla reverentia est. Quis enim uerū patrem nouerit in hac luxuria incestu lascivientis? Ea propter Garamantici Æthiopes inter omnes populos degeneres habentur. Nec immerito, quia afflictissima disciplina successionis notitiam ritu improbo perdiderunt. Nomen Æthiopum late patet in parte Africana. Quam à Meroe diuidit Libya plurimæ eorum sunt, et uariæ nationes. Haec è numero Nomades * Cynocephalorum lacte uiuunt. Syrbotæ longi sunt ad pedes duodecim. Asa

chæi captos uenatibus elephantes deuorant. Apud Sam-
bros nulla est aurita quadrupes, nec elephanti quidem
his proximi, summam regiæ potestatis eā tradunt, de
quorum moribus quidam imperitæ augurantur. Ma-
ritimos Æthiopas quaternos oculos dicunt habere. Sed fi-
des alia est. Illi deniq; quod & uident plurimum, et ma-
nifestissime destinant iactus sagittarum. Occidentem uer-
sus Agrionphagi tenent, qui solas pantherarum & Leo-
num carnes edunt, rege prædicti, cuius in fronte oculus ui-
nus est. Sunt & Pamphagi, quibus esca est quicquid mā-
di potest, et omnia fortuito gignentia. Sunt Antrophapo-
gi, quorum mores uocamen sonat. Cinnamolgos aiunt ha-
bere caninos rictus et prominula ora. Arhabathithæ pro-
ni, atq; quadrupedes nec secus, ac feræ sine sedibus euar-
gantur. Confines Mauritaniae certo tempore locustas ter-
restres legunt, duratasq; salsugine in præsidium uitæ so-
las habent. Sed ex illis quadragesimum æui annum nul-
lus supergreditur. Ab Oceani æstu ad Meroen, quam in-
sulam amplexu primo Nilus facit, millia passuum sexcē-
ta triginta sunt. Ultra Meroen super exortum scilicet Mar-
crobi Æthiopes uocantur. Dimidio enim eorum proten-
sior est quam nostra uita. Hi Macrobi iustitiam colunt
amant æquitatem, plurimum ualent robore, præcipua
decet, pulcritud ne, o naturæ, auro uincula faciunt. No-
xiors locus apud eos est. Heliotrapez a opiparis epulis
semper refertus, quibus indiscretæ oēs uescuntur. Nam
etiam diuinitus eas augeri ferunt. Est etiam ibilacus,
quo perfusa corpora uelut oleo nitescunt. Ex hoc lacu po-
tus saluberrimus sanè adeo liquidus est, ut ne caducas
quidem uehat frondes, sed ilico folia lapsa ad fundum

dimitat latitudinis tenuitate. Ultra hos desertae, inhumae
 nquam; solitudines ad usque arabicos sinus. Deinde in ultimis orientis monstrosoe gentium facies. Aliæ sine narribus æquali totius oris planicie i formes habent uultus.
 Alijs concreta ora sunt, modicoque; tantum foramine calamis amenarum pastus hauriunt. Nonnullæ linguis carrent, inuicem sermonis utentes nutibus, motibusque; Quædam ex istis nationibus ante Ptolemaeum Lathyrum regem Ægypti incognitum habuerunt ignis usum.
 Æthiopia omnis ab oriente hyberno ad occidentem hybernū tenet. Quicquid eius est sub meridiano cardine lucis nitet. Qui maxime uirent hyeme. A meridiana parte monseditus mari imminet, ingenuo igni per æternum feruidus & inquietus iugis flagrantibus. Inter quæ incendia iugis æstus draconum magna copia est. Porro ueris draconibus ora parua, & ad morsus non debiscientia, sed arctæ fistulae, per quas & trahunt spiritus, & linguis exerunt. Quippe non in dentibus uim, sed in caudis habent, & uerbere potius, quam rūtu nocent. Exciditur è crebris draconias lapis, sed lapis non est, nisi detrahatur uiuentibus. Nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit durities soluta. Usu eius orientis reges præcipue gloriantur, quam nullum Leocinium artis admittat soliditatē & quicquid in eo nobile est, non manus faciunt, nec alterius quam naturæ candor fit, quo reluceat. Author Sotacius gemmam hanc etiam sibi uisam scribit, & quibus intercipiatur modis edocet. Præstantissimi audacia uiri explorant anguum foveas & receptus, inde præstolati ad pastum exeuntes, præteruecti percutitis curvis

objiciunt germina medicata, quantum post ad incitandum soporem. Ita somnus obsitus è capitibus execante lapides, & de manu præcipitis ausi prædam reuehunc temeritatis. Quæ locorum Æthiopes tenent, feris plena sunt, è quibus quam Nabin vocant, nos Camelopardas lim dicimus, collo equi similem, pedibus bubulis capite camelino, nitore rutilo, candidis maculis superspersa, hoc animal Romæ circensisbus dictatoris Cæsaris pri nium publicatum. Iisdem firmè temporibus illinc exhibita monstra sunt Cephos appellant, quorum posteriores pedes crure, & uestigio humanos artus mentiuntur, priores perinde hominum manus referunt, quæ tamen è nostris non amplius quam semel usita sunt. Ante ludos Cn. Pompeij Rhinocerota Romana spectacula nesciebant. Cui bestiæ color buxeus, in naribus cornu unicum, & repandum. Quod subinde attritum cassis tibus in mucronem exicata, eoq; aduersus Elephantos præliatur. Paripsis propè longitudine, brevior cruribus naturali telo aluum petens solam intelligit icibus suis peruiam. Iuxta Nigrin fluvium Catoblepa nascitur modica, atq; iners bestia. Caput prægrauæ, ægre ferens, aspera pestilentia. Nam qui in oculis eius offenderint, protinus uita exeunt. Formicæ ibi ad formam canis maximæ, arenas aureas pedibus eruunt, quos Leoninos habent, quas custodiunt, ne quis auferat, captantesq; ad necem persequuntur. Eadem Æthiopia mittit Licaonem lupum ceruice iubatum, & tetmodis uarium, ut nullum illi colorem dicant abesse. * Mittit & Tarandum boum magnitudine, bisulco uestigio, ramosis cornibus, capite ceruino, virsino colore, & pariter uillo profun-

IVLII SOLINI

do. Hunc Tarandum affirmant habitum metu uertere,
 & cum delitescat, fieri ad similitudinem cuiusq; rei
 proximauerit, siue illa saxo alba sit, seu frutato uirens, si
 ue quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem
 in mare Polypi, in terra Chamæleontes. Sed & polypus
 & Chamæleon glabra sunt, & pronius est cutis leuita
 te, speculi modo proximantia emulari. In hoc nouum
 est, & singulare hirsutia pili colorum uices facere. Hinc
 euenit ut difficulter capi possit. Æthiopicis lupis pro
 prium est, quod in saliendo ita nisuS habent alitus, ut
 non magis proficiant cursu, quam meatu, homines ta
 men nunquam impetum. Bruma comati sunt, & estate nu
 di. Thoas uocant. Hystris quoque indeloci frequentissi
 ma. Drinacis similis, spinis ter gum hispida. Quas ple
 runque laxatas iacula tione emitit uoluntaria, ut assit
 duis aculeorum nimbis canes uulnerari ingruentes, illis
 us cœli ales est Pegasus. Sed haec ales equinum nihil
 præter aureuS habet. Tragopa quoque avis maior Aquiu
 lis cornibus arietinis præferens armatum caput. Æthio
 pes legit cinnamum. Id frutetum situ breui nasci
 tur, ramo humili, & represso, nunquam ultra duas
 ulnas altitudinis. Quod gracilis prouenit eximum
 magis dicitur. Quod in crassitudinem extuberatur, de
 spectui est. Verum legitur per sacerdotes hostijs prius cœ
 sis. Quæ cum litauerint, obseruatur ut messis nec ori
 sum solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quis quis
 principatum tenet farmentorium aceruos hasta diuidit,
 quæ sacrata est in hoc ministerium. Atq; ita portio mani
 pulorum solidicatur, quæ friuste diuisa est, sponte incendu
 tur. Inter haec q̄ diximus, nitore cœruleo hyacinthus iuer

mitur, lapis pretiosus siquidem inculpabilis inueniatur est enim uitius non parce obnoxius. Nam plerunque aut violaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albore cantus in aquaticum eliquescit. Optimus in illo tempor, si nec densiore phoco sit obtusior, nec propensa per spiculitatem detectior, sed ut utroque temperamento lucis & purpura moderatum suamiter florem trahat. Hic est, quod sentit auras, cum caelo faciat mutationem, nec aequaliter rutilat, cum autem nubilosus est, aut serenus dies, prae terea in os missus magis friget. Sculpuris certe minus me accommodatus, ut qui attritum respuat, nec tamen penitus inuictus est. Nam adamante scribitur & notatur. Vbi Hyacinthus ibi & chrysotapsus apparet, quem lapidem lux cœlat, prodit obscurum, Hæc enim est in illo diuersitas, ut nocte igneus sit, die pallidus. Ex ipso sumimus hæmatitem rubore sanguineo, ac propterea hæmatites vocatus.

De intimis Libyæ gentibus mira.

Caput XXXIII.

Vod ab Atlante ad usque Canopitanum ostium panditur, ubi Libyæ finis est, & Egypti limen dictum à Canopo Menelai gubernatore ibi sepulto. In ea insula, quæ ostium Nili facit, gentes tenent dissonæ, quæ in avia solitudinis secretum recesserunt. Ex his Atlantes ab humano ritu profus exulant, nulli proprium uocabulum, nulli speciale nomen. Diris solis ortus excipiunt. Diris occasus prosequuntur. Usque undique torrentis plagæ sydere oderunt

deum lucis. Affirmant eos somnia non uidere, & absti-
nere penitus ab animalibus uniuersis. Troglodyte spei-
cusexcomant, illis teguntur. Nullus ibi habendi amor à
dinitijs paupertate se abdicarunt uoluntaria. Tantum
lapide uno gloriantur, quem Hexecotalithon uocant,
tam diuersis notis sparsum, ut sexaginta genitumarum co-
lores in paruo eius orbiculo deprehendantur, omnes
isti carnibus uiuunt serpentium, ignariq; sermonis stri-
dent potius, quam loquuntur. Augylæ uero solos co-
lunt inferos. Fœminas suas primis noctibus nuptia-
rum adulterijs cogunt patere, mox ad perpetuam pudi-
citiam legibus stringunt severissimis. Camphasantes ab-
stinent prælijs, fugiunt commercia, nulli se externo misce-
ri sinunt. Blemio, sed non eos, qui uicina rubro mari ini-
colunt credunt trunco nasci parte, qua caput est, ostal-
men et oculos habere in pectore. Satyri de hominibus ni-
hil aliud præferunt, q; figuram. Egypates hoc sunt, quod
pinguidenius. Hi Mantopodes flexis nisibus curvum re-
punt potius, quam incedunt, et per gendi usum lapsu ma-
gis destinant, quam ingressu. Pharus cum Herculi ad
Hesperidas pergenti forent comites itineris, tædio hinc
recederunt. Hactenus Libya.

De Ægypto, & Nili natura. Caput XXXIII.

Egyptus à meridie introrsus recedit, quo
ad prætendant Æthiopes. A' tergo infe-
riorem eius partem Nilus circumfuit, qui
scissus à loco, cui Delta nouen est, ad insu-
lae faciem spatia amplectitur interna, & in certo penè for-

te decurrentes predicitur, ut loquemur. Originem habet à monte inferioris Mauritaniae, qui Oceano propinquat. Hoc affirmant libri punici. Hoc Iubani Regem accæpi mus tradiisse. Igitur protinus lacum efficit, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde esse coniectant, quod hoc stagnum, herbas, pisces, bellugas, nihilominus procreet, quam in Nilo uidemus. Ac si quando Mauritaniam, unde ei origo est, aut niuibus densioribus, aut imbris largioribus irrigatur, inde incrementa exundationis in Ægypto augeantur. Sed effusus hoc lacu arenis scrbetur. Et cuniculis cæcis absconditur. Deinde in Cæsariensi specie prorumpens amplior eadem indicia præfert, quæ in exortu notauimus, rufusq; subsidet, nec se prius reddit, quam post intervalla itineris extenti contingat Æthiopas, ubi exit, nigrum facit fluuium, quem supra diximus esse terminum limitis Africæ. Astapum eum indigetes uocant, scilicet aquam è tenebris profluente. Multas magnasq; ambit insulas. Quarum pleræq; sunt tam diffusæ, uestæq; magnitudinis, ut uix eas dierum quinque cursus prætermittat, quannus concitus ibi feratur. Nobilissima earum est Merroe, circum quam diuisus deinde alueo Astusapes, lœuo Astabores nominantur. Tunc quoq; emensus magna, longinquaq; loca cum primum occursantibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium, ut ruere potius, quam manare credatur. Denumque à Cataracte ultimo iutus est. Ita enim quadam claustra eius Ægyptij nuncuparunt. Relitto tamen hoc ponè se numine, quo Siris uocatur. Mox inoffensus neat. Septem osij cōditur in iheridiē uersus, exciditur Ægyptio mari.

IVLII SOLINI

Ignari syderum, uel locorum uarias de excessibus eius
 causas dederunt. Alij affirmant Ethesias nubium densitate
 illò cogere, unde amnis hic auspicatur, ipsumq; fon-
 tem superno humore sublatum, tantam inundationis
 habere substantiam, quanta pabuli ad liquorem nubis
 la subministrarint. Ferunt alij quod uentorum flatibus
 repercussus, cum fluoreni solitæ uelocitatis non queat
 promouere, aquis in arceo luctantibus intumescat, &
 quanto impensis controuersi spiritus repugnauerint,
 tanto excelsius sublimari in altitudinis uertices repercu-
 sam celeritatem, quando nec solitus extenuet cursus alue-
 sum, & stipato iam flumine uenis originalibus torren-
 tium pondera superueniant. Ita concordi uiolentia hinc
 urgentis elementi, hinc resistentis undis exultantibus mo-
 lem colligi, quæ excessus facit. Nonnulli affirmant fon-
 tem eius, qui Phiala uocatur, syderum motibus exita-
 ri, extractumq; radijs cadentibus cœlesti igne suspendi,
 non tamen sine certa legis disciplina, hoc est Iunis cœ/
 ptantibus. Verum omnem excessus originem de sole fie-
 ri, primamq; exultantium tumoris concipi cum per can-
 crum soluebatur, postmodum triginta eius partibus euo-
 lutis, ubi ingressus Leonem ortus Sirios excitauerit pro-
 pulsò omni fluore tantum uis amnis erumpere. Quid
 tēpus sacerdotes natalē mundi iudicarunt, id est in. xiiij.
 Calendas Augustas & undecimum diem. Deinde re-
 uocari exitus uniuersos, cum in Virginem transeat, pe-
 nititusq; inter suas ripas capere cum Libram sit ingre-
 sus. Hoc etiam addunt pariter eum nocere siue abunda-
 tius exæstuet, siue parcias, quandoquidem exiguitas
 minimum fœcunditatis apportet, Propensior copia diu-
 turno

turno humore culturam moretur. Maximos eius exitus
 cubitos duodecim in consurgere, iustissimos sedecim tem-
 perari, nec in quindecim abesse prouentus fructuarios.
 Sed quicquid intra sit, famem facere. Dant illi etiam hoc
 maiestatis, ut portendat futura, argumentantes quando
 quidem Pharsalico bello non fuerit egressus quinque ul-
 nas. Iam illud palam est, quod solus ex annibus uni-
 uersis nullas expiret auras. Ditionis Ægyptiæ esse ini-
 cipit à Syene in qua fines Æthiopum, & inde usq; dum
 mari intimatur Nili nomen tenet, inter omnia, quæ Ægy-
 ptius habet digna memoratu, præcipue bouem mirantur.
 Apim vocant. Hunc instar colunt numinis, insi-
 gnem notæ albæ macula, quæ dextro lateri eius inge-
 nita corniculantis lunæ refert faciem. Statutum aui spa-
 tium est, quot, ut affuit principio sacri fontis profundo
 immersus necatur, ne diem logius trahat, q; licebit. Mox
 alter nec sine publico luctu requiritur, quem reperitum cè-
 tum antistites Memphini prosequuntur, ut incipiat fas
 crisibi initatus, sacer fieri. Delubra, quibus succedit aut
 incumbat, mystice thalamos nominant. Dat omnia ma-
 nifestantia de futuris. Illud maximum, si de censulentis
 manu cibum capiat. Deniq; auersatus Germanici Cæ-
 saris dextram, prodidit ingruentia, nec multo post Cæ-
 sar extensus est. Pueri Apim gregatim sequuntur, &
 repente uelut lymphatici uentura præcinvunt. Bos illiœ
 mina ostenditur in anno semel, & ipsa non absq; certis
 insignibus, quæ atq; inuenta & oblata est, eadem die sta-
 tim neci datur. Apis natalem Memphiticæ celebrant
 iactu aureæ pateræ, quam projiciunt in Nili gurgi-
 tem. Hæc solennitas per septem dies agitur. Quibus diebus

cum sacerdotibus quasdam Crocodili inducias habent,
 nec attrahant lauantur. Verum VIII die caris
 monijs iam peractis, uelut reddita sauiendi licentia so-
 litam resumunt atrocitatem. Crocodilus malum qua-
 drupes & in terra, & in flumine pariter ualet, line-
 guam non habet. Maxillam mouet superiorem. Mors-
 sus eius horribili tenacitate conueniunt, stipante seden-
 tium serie pectinatim, plerunque ad uiginti ulnas ma-
 gitudinis coalescit. Qualia anseres edit oua. Metatur lo-
 cum nido naturali prouidentia, nec alibi foetus premit
 quam quo crescentis Nili aquae non possunt peruenire. In
 partu fouendo mas, & foemina uices seruant. Prater
 biatum oris, armatus est etiam unguium immanitate.
 Noctibus in aqua degit, per diem hunc acquiescit. Cir-
 cundatur maxima cutis firmitate, in tantum ut ictus
 quouis tormento ad actos turgore repercutiat. Trochilis
 avis paruula est, ea dum redunias escarum affectat,
 os belluae huiusc paullatim scalpit, & sensim scalpu-
 rigine blandiente adiunctum sibi in usq; fauces facit. Quod
 Enydrus conspicans, alterum Ichneumonum genus
 penetrat belluam, populatisq; vitalibus erosa exit ali-
 uo. Est & Delphinum genus in Nilo, quorum dor-
 sa serratas habent cristas. Hi Delphines Crocodilos
 studio eliciunt ad natandum, demersuq; astu fraudu-
 lento tenera uentrum subternantes secant, & interri-
 munt. Praeterea habitant in insula Nili homines forma
 pereigni, sed audacia eousq; prædicti, ut Crocodilis se
 offerant obuios. Nam haec monstra sufficienter inseguin-
 tur, formidant resistentes. Ergo capiuntur, subacti q;
 etiam intra aquas suas seruunt, & perdonuti membra ita

obsequuntur, ut immemoreres atrocitatis uictores suos in
 æquitantes dorso uehant. Hanc ergo insulam, & hanc
 gentem ubiunque indicio odoris persenserint, procul fu-
 giunt. In aqua obtusius uident, in terra acutissime, bye-
 me nullum cibum capiunt. Quinetiam quatuor men-
 ses à cœptu brumæ inedia exigunt. Scincia quoq; circa
 Nilum frequentissimi crocodilis quideni similes, sed for-
 ma modica, & angusta, uerum ad opem salutarem
 non qualibet necessarij. Medentes quippe ex his pocu-
 la inficiunt, quibus & stupor excitat, & ueneni uis
 extinguatur. Hippopotamus in eodem flumine, ac solo
 nascitur, equino & dorso, & luba, & hinnitu, rostro
 resupino, ungulis bifidis, aprimis dentibus, cauda tor-
 tuosa, noctibus segetes depascitur, ad quas pergit auero-
 sus astu doloſo, ut fallente uestigio reuertenti nullæ ei in-
 fidei præparentur. Idem cum diffunditur nimia satietate
 arundines recens cæſas petit, per quas tandiu obuersar-
 tur, quoad stirpium acuta pedes uulnerent, ut profus
 uio sanguinis leuetur sagina. Plagam deinde cœno ob-
 linit, usque dum uulnus conducatur in cicatricem. Hip-
 popotamos & crocodilos primus Romam M. Scaurus
 inuexit. Circa easdem ripas ales est Ibis, ea serpens
 sum populatur oua gratissimam' que ex his escam ni-
 dis suis defert. Sic rarescunt prouentus fœtuum noxiu-
 rum. Nec tamen aues istæ tantum intra fines Agy-
 ptios prosunt. Nam quecumque arabicæ paludes pen-
 natorum anguum mistunt examina, quorum tam
 cùm virus est, ut mortum ante mors, quam dolor
 sequatur. Sagacitate qua ad hoc ualent aues exei-
 tatae in procinctum eunt uniuersæ, & prius quam

terminos patrios externum malum uascat, in aere occur-
 sant cateruis pestilentibus, ibi agmen deuorant uniuersum. Quo merito sacræ sunt, et illæsæ. Ore pariunt.
 Nigras scilicet pelusium mittit, reliqua pars candidas.
 De arboribus, quas sola fert Ægyptus præcipua est ficus
 ægyptia, folijs moro comparanda, poma non ramis tan-
 tum gestans, sed ex caudice usque adeo fœcunditatis
 suæ angusta est, ut uno anno septies fructum efficiat. Vn-
 de pomu decerpseris, alterum sine mora protuberat. Ma-
 teria eius in aquam missa subsidit. Deinde cum diu de-
 sederit in liquore leuior facta sustollitur, et uersa uice,
 quod natura in alio ligni genere non recipit, fit humor
 re sicca. Palma quoq; Ægyptia dicendares est, proprie-
 Adipsos uocatur, ut dicti oportuit, eaque gustata arcet si-
 tim. Odor eidem qui et malis Cydonijs. Sed demum
 sitim sedat, si prius jactu maturuerit decerpatur. Nam si ma-
 tura sumatur, sensum intercipit, gressum præpedit, lin-
 guam retardat, obfessisq; officijs mentis, et corporis ui-
 tum ebrietatis imitatur. Ægyptium limitem, qua ad
 cacumen tendit, incolunt populi, qui momentum,
 quo reparari mundum ad motus ferunt annuos, hoc
 studio deprehendunt. Eligitur sacer locus, in quem com-
 pellunt animalia diuersissimi generis, ea ubi ad statum
 modum, cœlestis uerigo prouecta est, sensus suos signifi-
 cationibus produnt, quibus possunt. Aliæ ululant, aliæ mu-
 giunt, quædam stridunt, quædam rugiunt, nonnullæ si-
 mul configiunt ad uolutabre. Hoc argumentum illis è
 magisterium ad indicium temporis deprehendendi. Iude
 populi celebrant à primis sibi gentis suæ auis traditū,
 ubi nunc occasus, quondam ibi ortum Solis fuisse. Inter

Ægyptias urbes numero portarum Thebæ nobiles, ad quas cominertia Arabes undique gentium subuehunt. Hic regio Thebaica, Abydos, & ipsa nobilis olim Men nonis regia, nunc Osridis fano exulta. Alexandriam & operis ipsius magnitudo, & author Macedo nobilior tant. Quam metatis Dinocrates Architectus, secundum post conditrem inter memorabilia locum sortitus est. Condita autem Alexandria est XII centesima olympia de L. Papyrio Spurij F. C. Pœtlio Pœtelij F. COSS. Romanis, haud longe ab ostio Nili fluminis, quod Heracleoticon, alij Canopicon appellant. Est & Pharos Colonia à Cæsare dictatore deducta, ex qua facibus ac censis nocturna dirigitur nauigatio. Nam Alexandria in sidioso accessu aditur, fallacibus uadis, cæco mari, irubusq; tantum canalibus admitat nauigantes. Tegamo, Possidonio, Tauro. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas Pharos dicunt. Pyramides turres sunt in Ægypto fastigatae, ultra excel sitatem omnem, quæ fieri manu possunt. Itaq; mensuram umbrarum egressæ nullas habent umbras. Nunc ab Ægypto promoueamus stylum.

Arabia & omnia, quæ ad situm, & mores prouinciarum pertinent, quæq; memorabilia in ea uisuntur.

Caput XXXV.

Litra Pelusiacum ostium Arabia est, ad rubrum pertinens mare, quod Erythræum ab Erythra rege Persei, & Andromadæ filio non solum à colore appellatum Var

ro dicit, qui affirmat in litore maris istius fontem esse, quem si oues biberint, mutant uellerum qualitatem, & ante a candidæ amittant quod fuerint usque ad haustum ac fulvo postmodum nigrescant colore. Rubri autem maris Arsinoe oppidum. Verum hæc Arabia procedit ad usque illim odoriferam, & diuitem terram quam Catabanes & scenitæ tenent. Arabes nobiles monte Casio. Qui scenitæ causas nominis inde ducunt, quod tentorijs succedunt, nec alias domos habent. Ipsa autem tentoria Cilicina sunt, ita nuncupant uelamenta caprarij pilis texta suillis carnibus prorsus abstinent. Sanè hoc animalis genus si inuenetur illò fuerit, moritur illis eo, hanc arabiam græci οὐ μούονται, nostri beatam nominarunt. Habitatur colle manufacto inter flumen Tigrin, & flumen Eulæum, quod ortum à Medistam per fluore inclytum est, ut inde omnes reges non aliam quam eius aquā bibant. Eudæmonia non frustra cognominata hinc capessas, quod præter odores, quos creat plurimos, sola thus mittit, nec tamen uniuersa. Nam in medio eius sunt Atramitæ pagus Sabæorum, à quo octo mansionibus regio thurifera disternatur. Arabia appellata est, id est sacra. Hoc enim significari interpretantur. Virgulta hæc non sunt publica, sed quod inter barbaros, nouum in ius posteriorum per successiones trâsent familiarum. Ergo quicunq; dominatum istius tenet nemoris, arabice Sacri uocantur. Idem illic cum lucos istos, uel metunt uel incidunt, non funeribus intersunt, non congressionibus fœminarum polluuntur, hanc arbori prius quam penitus fides proderetur, alij lentisco, alij mage Teribintho comparabant, usque dum libris, quae

Tubarex scripsit ad Cæsarem Augusti filium, pàlām fieret, intorto eam esse uinüne, ramis ad aceris qualitatè amygdala modo, succum fundere, incidi ortu canis fla grantissimis solibus. In iisdem saltibus miyrrha prouenit, cuius radices ut uitium rastris proficiunt, ablaqueationibus gaudent, nudata pinguiore fuit lacryma, spōte manans prefiosior, ex ea sudor est elicitus, corticis uulnere uilior iudicantur. Codex in uertiginem flexus & spinis hispidus, folium licet crispius oliuæ tamen simile, maxima altitudo extenditur ad quinque cubita proceritatis. Arabes farmentis eius signis fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati styracis occurrant, plenus runque insanabiles morbos contrahunt. Idem Arabes legunt cinnamum, quod frutetum sui breui nascitur humili, & represso nunquam ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit, eximium magis ducatur. Quod in crassitudinem extuberatum sit, inutilius habetur. Verum legitur per sacerdotes hostijs prius caesi, quæ cum litauerint, obseruantur, ut messis, nec ortum solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet farmentorum strues lustri diuidit, quæ sacra est in hoc munus, atque ita portio manipolorum Soli dicatur. Quæ si iusta diuisa sit, radijs inflagrata incendium sponte concipit. Apud eosdem nascitur avis Phœnix Aquila magnitudine, capite honorato, in conu plumis astantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo, posteraparte purpureus absq; cauda, in quaroseis pennis ceruleus interscribitur nitor. Probatum est quadraginta & quingentis eum durare annis. Rugos suos struit cinnamis, quos propè Pachaiā pinnat in solis ut

bem strue altaribus superposita. Cum huius uita magni anni fieri conuersionem rara fides est inter outheros. Quanuis plurimi eorum magnum annum non quā gentis & quadraginta, sex duodecim millibus. dcccccliiiij. annis constare dicant * Plautio itaque Sextio et P. Apro nio CO SS. Ægyptum Phœnix inuolanit, captusq; anno octingentesimo Vrbis conditæ, iussu Claudi⁹ prin cipis in comitio publicatus est. Quod gestum præter cen suram, quæ manet, actis etiam Vrbis continetur. Cinnomulgus perinde Arabiae avis in excellentissi mis lucis texit nidos è fustibus Cinnamorum. Ad quos quoniam non est peruenire propter ramorum altitudinem & fragilitatem, accolæ illas congeries plumibatis petunt iaculis, deiectasq; pretijs uendunt amplioribus, quod hoc Cinnatum magis, quam alia mercatores probent, Arabes longe, lateq; diffusi, diuersis que moribus uiuunt, & cultibus plurimis crines intonsi mitrata capita, redimiti pari, pars rasa in cutem barba, commercijs student, aliena non emunt, uendunt sua, quippe & sylvis, & mari diuites. Vmbræ, quæ nobis dextræ sunt, illis sinistræ. Pars eorum, quibus asper uitus est, angues edunt, nulla illis animi, uel corporis cura, ac propterea ΦοιΦογοι nominantur, Existens litoris sinu, Polycrat⁹ Regi aduecta Sardonyx gemma, prima in orbe nostro luxurie excitauit faciem. Nec multum de ea differendum puto adeo Sardonix in omnium uenit notitiam. Superficies eius probatur, si me tracius rubeat, arguitur si fuerit fœculentior. Medietas circuitur limite candicante. Optima est, si nec colorrem suum spargat in proximum, nec ipse ex altero nini

metur. Reliquam nigro finiuntur. Quod si traluceat, uito uertitur. Si perspicuitatem arteat, proficit ad descorem. Et Malochitem Arabs inuenit, uirentem Crassius, quam Smaragdus, contra infantium pericula ingenita ui resistantem. Inuenit & Irydem in mari rubro sicut crystallum, sexangulatum, quæ radijs ista solis rutilo aeris repercussu cœlestis arcus ex se iacit specie. Androdamantem idem legunt Arabes, nitoris argentei, lateribus æqualiter quadris, quem de adamantem nō nihil mutuatum putas. Datum illi nomen ex eo censem, quod animorum callentium mollit impetus, & tumen tis refrenat iras. Pæderotem etiam arabicum inde sumimus. Arabica spectatu eburnea est, radios abnuit, contra neruorum molestias prodest habentibus. In Pædaro te congruit quicquid eximium est, quadam decoris prærogativa, Crystallinum lucet, rubet purpuram. Oratum extimis coronacrocca uelut è liquido renitente. At suauitate oculos afficit. visum illicit, detinet intuentem, hac etiam gratia Indis placet. Hoc arabia sat est, hinc ad Pelusium repatriemus.

De Casio monte, & Iudea uniuersa, & ijs, quæ in ea sunt admiratione digna, in primisq; de granitate morū, qua Esseni commendantur.

Caput XXXVI.

N Pelusio Casius mons est, & delubrum Iouis Casij, atque ita Obstracione locus Pompej magni sepulcro inclytus. Edumæa inde incipit palmis opima. Deinde Ioppe

IVLII SOLINI

oppidum antiquissimum orbe toto, utpote ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum saxum ostentat, quod uinculorum Andromadæ uestigia adhuc retinet, quam expositam belluæ non irritus rumor circulat. Quippe ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate sua Romæ publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoque ueracibus libris continetur scilicet quod costarum longitudo excederit pedes quadranginta. Excelitas Elephantis fuerit indicis eminentior. Porro uerticuli spinæ ipsius latitudine semipedem sunt supergressi. Iudæa illustris est aquis, sed natura non eadem aquarum omnium. Jordanis amnis eximia sua uitatis Pene ade fonte demissus, regiones præterfluit amœnissimas. Mox in Asphaltiten lacum mersus stagno corruptitur, qui Asphaltites bitumen gignit, animal non habet, nihil in eo immergi potest, Tauri etiam Camelij; impune ibi fluitant. Est et lacus Cenysara extensus passuum X V I, millibus circumscriptus urbibus plurimis, et celeribus, ipse par optimis. Sed lacus Tiberialis his omnibus anteponitur, salubris ingenuo banstu, et ad sanitatem usu efficaci. Iudææ caput fuit Hierosolyma, sed excisa est. Successit Iericus, et haec desist. Artaxerxis bello subacta. Callithoe Hierosolymis proximus fons, calore medico probatissimus, et ex ipso aquarum præconio sic uocatus. In hac terra tantum balsamum nascitur. Quæ sylua intra terminos uiginti illigerum usque ad uictoriæ nostram claudebatur. At cum Iudæa potius sumus ita luci illi propagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sudent balsama, similes uitibus surpernent, malleolis digeruntur, rastris nit-

scunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs
 sempiterno in umbrantur. Lignum caudicis attrectatum
 ferro sine mora moritur. Ea propter aut uitro, aut uel
 tellulis ossis, uel in solo cortice artifici plaga vulnerat
 tur. Ex qua eximia suavitatis gutta manat, post lachry-
 mam secundum in pretijs locum poma obtinent, cortex
 terium, ultimus bonus ligno. Longo ab Hierosoly-
 mis recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum
 testatur humus nigra, & in cinerem resoluta. Duo ibi
 oppida Sodomum nominatum alterum, alterum Go-
 morrum. Apud quæ pomum gignitur, quod habeat li-
 cet specimen maturitatis, mandi tamen non potest. Nam
 fuliginem intrinsecus fauillaceam ambitio tantum exti-
 mæ cutis cohibet, qua uel leui pressa tactu fumum exi-
 balat & fatiscit in usum puluerem. Interiora Idaeæ
 quæ occidente continentur Esseni tenent, qui prædicti me-
 morabili disciplina recesserunt à ritu gentium uniuersa-
 rum, maiestatis, ut reor prouidentia ad hunc morem
 destinati. Nullæ ibi fœminæ, uenere se penitus abdica-
 runt, pecuniam nesciunt, palmis uictitant, nemo ibi na-
 scitur, nec tamen deficit hominum multitudo, locus ip-
 se addictus pudicitiae est. Ad quem plurimi licet uni-
 diq; gentium properent, nullus admittitur, nisi quem ca-
 stitas fides, & innocentiae meritum prosequatur. Nam
 qui reus est uel leuis culpæ, quamvis summa ope adipisci
 ingressum uelit diuinitus submouetur. Ita per immen-
 sum spatium seculorum incredibile dictu æterna gens est
 cessantibus puerperijs. Engala oppidum infra Esseni
 nos fuit. Sed excisum est. Verum iclytis nemoribus adhuc
 durat decus, lucisq; palmarum eminentissimum, nihil uel

de ævo, uel de bello derogatum. Iudeæ terminus Ma
sada castellum.

De Scythopoli, & Casio monte.

Caput XXXVI.

Ranseo Damascum, Philadelphiam, Rha
phianam, Scythopolin primos incolas &
authores dabo. Liber pater cum humo nu
tricem tradidisset, condidit hoc oppidum
ut sepulturæ titulum etiam urbis mœnibus ampliaret.
Incola deerant è comitibus suis Scythes delegit, quos
ut animo firmaret, ad promptam resistendi violentiam
præmium loci nomen dedit. In Seleucia alter Casius
mons est Antiochiae proximus, cuius è uertice uigilia ad
huc quarta conspicitur globus solis, & breui corporis cir
cumactu radijs caliginem dissipantibus, illinc nox, hinc
dies cernitur. Talis è Casio specula est, ut lucere prius ui
deas, quam auspicetur dies.

De Euphratis, & Tigridis ortu ac decursu, & gemi
nis innumerabilibus, quæ in locis aut iisdem fluminis
bus appositis, aut non multum remotis inueniuntur.

Caput XXXVIII.

Vphratem maior fundit Armenia, ortum
e supra Zimaram, sub radicibus montis, quæ
Capotem accolæ nominant. Scythicus proxi
mum, hinc receptis in se aliquot annibus
conualescit, & supatus conuenis aquis, luctatur cum

Taurimontis obiectu. Quem apud Eligeam scindit, res
sistat, licet XI I millibus passuum latitudine, longisq;
excursibus dextra Comagenem, Arabiam lœua relin-
quit, deinde prælabens plurimas gentes Babyloniam
quondam Chaldaeorum caput diuidit. Mesopotamiam
opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar am-
nis Ægypti terris superfusus inuecta solifœcunditate.
Iisdem ferè temporibus, quibus Nilus exit sole scilicet
in parte Cancri uigesima constituto. Tenuatur cum iā
Leone decurso ad extima uirginis curricula facit transi-
tum. Quod Gnomonici similibus parallelis accidere
contendunt, quos parere & cœli & terrarum positio-
ne æqualitas normalis efficit lineæ. Vnde apparet ista
duo flumina admodum eiusdem perpendiculari constitui-
ta, licet è diuersis manent plagis easdem incrementi cau-
sas habere. De Tigri de quoque dicere hoc loco par est.
In Armeniae regione caput tollit mire, quam in lucido
conspicuo fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur.
Nec tamen ab exordio statim totus est. primum pigre
fluit, nec cum suo nomine At cum fines Medorum in-
uenctus est. Tigris statim dicitur. Ita enim Medi nomi-
nant sagittam. Influit in * Arethusam lacum omnia
pondera sustinentem. Cuius pisces, nunquam se alueo
Tigridis immiscent, sicut nec amici pisces in stagnum
transeunt Arethusæ, per quam dissimilis colore & uo-
lucri cuius meat. Mox Tauro resistente in profundum
specum mergitur, quem subterlabens in altero eius latere
apud Zoroanda emicat ulcas, et purgamenta plurima se
cum trahens, deinde identidem absconditur, rursusq; red-
ditur. Adiabenos, Arabasq; præter fluit, Mesopotamiam

amplectitur. Amnem nobilissimum Hidaspem accipit,
 Euphraten desert in sinum Persicum. Quæcunque Euphraten bibunt gentes, diuerso nitent lapide. Similes
 in ipso Euphratis alueo legitur, gemina ad imaginem marmoris proconnesi, ni quod in medio umbilico
 lapidis istius, glaucum ut oculi pupilla internitet. Sagda à Chaldais ad nos usq; fluit, hanc facilis repertu-
 nisi, ut perhibent, ipsa capessendam se daret. Namq; ini-
 genita spiritus efficacia supermeantes nauem è profun-
 do petit, & carnis ita tenaciter ad corporatur, ut nisi
 abrasa parte ligni separatur. Ea sagda apud Chaldaeos
 propter effectus, quo ex ea sciunt, habetur in loco
 principis, cæteris propter gratiam magis placet iucun-
 dissime uirens. Myrrites Parthis familiaris est, hunc
 si uisu æstimes, myrræ color est, & non habet quod affi-
 ciat aspectibus, si penitus explores & attriti incates ad
 calorem, spirat nardi suavitatem. In Perside lapidum
 tanta copia est, tantaq; diuersitas, ut longum penè sit
 ipsis uocabulis immorari. Mitridax sole percussa colo-
 ribus micat uarijs. Thecolithos nucleo olive similis sper-
 nitur, cum uideatur, sed remedij bonis uincit aliorum
 pulchritudinem, solutus quippe & haustus pulsis cal-
 culis renum dolores, ac uescicæ leuat. Hammochryses
 arenis auro immixtis, nunc bractearium, nunc pulue-
 ris habet quadrulas. Ætites & fulvis est, & teteti po-
 sitione, alarum lapidem intrinsecus cohibens, cuius cre-
 pitu sonorus est, cum mouetur, quamlibet tinnitus il-
 lum non internum scrupulum facere, sed spiritum sa-
 pientissimi dicant. Hunc Ætien Zoroastes præfert om-
 nibus, maximamq; illi tribuit potestatem. Inuenitur autem

in nidis aquilæ, aut in litoribus Oceani. In Perside tamè plumis subnexus speni uteri defendit à fluxibus abortiuæ. Pyrrhites fulvus est, teneriç; se uehementius non finit, ac si quando arctiore manu premitur, digitos adurit. Chalaxias grandinis, & candorem præferit, & figurâ, duritia robustissima, & invicta. Echites uiperaeas habet maculas. Dionysias fuscus est, rubentibus notis sparsus. Idem si aqua mistus conteratur, unum fragrat, & quod in illo odore mirificum est, ebrietati resistit. Glossopeira a deficientibus lunis cœlo cadit, linguae simili hu-
manæ, non modicæ, ut magi ferunt, potestatis quies ea lunares motus excitari putant. Solis gema percandida est ad speciem fulgidi syderis, rutilosq; ex se iacit radios, ve-
neris crines nitet, nigro internis ductibus ostentans ruffo
rum crinium similitudinem. Selenites tralucet fulgore
candido, melleoq; continens lunæ imaginem, quæ iuxta cur-
sum astri ipsius perhibent diebus singulis uel minui, uel
augeri. Meconites papauera exprimit. Myrmicetes reptâ
sis formicæ effigie notatur. Chalcopthongos resonat &
pulsata æra, pudice seruat uocis claritatem. Syderites à
contemplatione ferrini bilis dissonat, uerè maleficus quoq;
si insfratur discordias excitat. Phlogites ostentat intra se
quasi flamas æstuantes. Anthracias corruscat uelut
scintillibus stellis. Enlydrosexudat, ut clausam in eo
putes fontanam scaturiginem.

Iliciam, de qua agitur, si, ut nunc est, lo-
 quamur, derogasse videbitur fidei uetus ta-
 tis. Si terminos sequimur, quos habuit olim,
 absorum est à contemplatione rerum præ-
 sentium. Igitur inter utrāq; culpam factū optimum est,
 amborum temporum statum persequi, Cilicia antea
 usque ad Pelusium Ægypti pertinebat Lidijs, Medis,
 Armenijs, Pamphylia, Cappadocia sub imperio Cilicū
 constitutis. Mox ab Assyrijs subacta in breuiorem mai-
 dum scripta est, plurima iacet campo, sinu lato recipi-
 ens Ifficum mare à tergo montium Tauri, & Amani ius-
 gis clausa. A' Cilicē nomen trahit, quem aetas pristī-
 na penè ultra ævum memoriae abscondit, hunc Phœni-
 ce oratum, qui antiquior Ioue de primis terræ alumnis
 habetur. Matrem urbium habet Tarsum, quam Dana-
 es proles nobilissima Persus locauit. Hanc urbem in-
 tersecat Cydnus amnis, hunc Cydnum, alij præcipita-
 ri Tauro, alij deriuari ex alueo Coaspis tradiderunt,
 qui Coaspes ita dulcis est, ut Persici reges quandiu inter-
 ripas Persidis fluit, scilicet ibi ex eo pocula uindicauerint,
 & cum eundum foret peregre, aquas eius secum uel-
 elitarint. Ex illo parente Cydnus miram trahit suauita-
 tem, quicquid candidum est Cydnum gentili lingua
 Scyridicunt, unde amni huic nomen datum, nūmet au-
 tumno & uere, cum niues soluantur, reliquis anni
 temporibus tenuis est, & quietus circa Corycum Cili-
 cie crocum plurimum, optimum ī, det licet Sicilia, det
 Cirena

Cirena, et Lycia, hoc primum est. Spirat fragrantius, colore plus aureo est. Succiope citius proficit ad medelam. Ibi Corycos oppidum est, et specus, qui montem impositum mari à summo cauat uertice patulus, hiatu amplissimo. Nam deieictis lateribus in terræ profundum, nemoroſo orbe amplectitur, media inanitate uirens, introrsus lucis pendentibus. Descensus in eum per duo millia, et quingenta passuum non sine largo die, hinc inde fontium assidua scanrigene. Vbi peruenit ad ima primi sinus, alter rursus specus panditur. Quod antrum lucis primum patet fauibus, postmodum processu per angustias obscuratur. In eo sacrum est Iouis fanum, in cuius recessu intimo Typhonis gigantis cubile positum accolæ credunt. Heliopolis antis quum oppidum Ciliciæ fuit patria Chrysippistœ sapientiae potentissimi, quod à Tigrane Armeniæ subactum, et diu post Pompeiopolin deuictis Cilicibus Cn. magnus cognominauit Mons Taurus ab indicō primo mari surgit, deinde à scopulis Chelydonijs inter Ægyptium, et Pamphylium pelagus obiectus, septentrioni dextro latere, laeo meridianæ plagæ occidentis obuersus fronte profusa. Palam est terras eum continuare uoluisse penetrato mari, nisi profundis resistentibus extenderet radices suas ueraretur. Deniq; qui ratiocinantur de naturis locorum, tentare eum omnis exitus promontorijs probant. Nam quoquo uersum mari abluitur, procedit in prominentias, sed modo intercluditur phœnico, modo pontico sinu, interdum Caspio, uel Hyrcano, quibus renitentibus subinde fractus contra mæoticum lacum flecitur, multisq; difficultibus fatigatus, rhi-

phæis se iugis annefit, progenium & linguarum varietate plurifariam nominatus . Apud Indos Imaus mox Paropanisus , Cobatras apud Parthos , post Niphates , inde Taurus , atq; ubi in excellentissimam sublimitatem Caucasus . Interea etiam à populis appellationem trahit ab dextro latere Caspius dicitur, uel Hyrcanus , à lœuo Amazonicus , Moschius , Scythicus . Ad hæc uocabula habet alia multa , ubi debiscit hiulcis iugis facit portas , quarum prime sunt Armeniae , tum Caspiæ post Ciliciæ . In Græciam uerticem erexit , ubi Χερσονήσος prædicatur , à Ciliæ finibus Asiaticum limitem dispicit . Quantum meridiem uidet , scle inæstus at quicquid septentrioni oppositum est , uento tunditur , & pruina quo fulvestris est , efferatur multis bestijs , & leonibus immanissimis .

De Lycia, et Chimera monte, ac Hephaestia, Aquisq;
Regijs.

Caput. XL.

Vodin Campania Vesuvius , in Sicilia
Ætna , hoc , Lyca mons Chimera est . Hic
mons nocturnis æstibus fumidum exhalat , unde fabula triformis in uulgo data
est , quod Chimoram uulgo putarunt , & quoniam na-
tura ibidem subest ignea , vulcano urbem proximam Ly-
cij dicarunt , quam de uocabulo sui nominis Hephaes-
tiam uocant . Olympus quoq; inter alia ibi oppidum fu-
it nobile , sed intercidit , nunc castellum est , infra quod
aqua regiae ob insigne fluoris spectaculo sunt uisenibus

De Asiae minoris finibus, & Epheso, cum celeberrimo omnium templo.
Daput. XLI.

Equitur Asia, sed non eam Asiam loquor, quae
in tertio orbis diuortio terminos amnes habet,
ab Aegyptio mari Nilum, à Maeotico lacu
Tanain. Verum eam, q; à Telmesso Lyciae incipit, unde
& Carpathius conspicatur sinus. Eam igitur Asiam ab
oriente Lycia includit, & Phrygia, ab occidente Aegea
littora, à meridie mare Aegyptium, Paphagonia à se-
ptentrione Ephesus in ea urbs clarissima est, Epheso de-
cū templum Dianæ Amazonum fabrica adeo magnis-
ficum, ut Xerxes cum omnia Asiatica templa igni das-
ret, huic uni peperit. Sed hæc Xerxis clementia sacras
ædes non diu à malo vindicauit. Nāq; herostratus, ut
nomen memoria sceleris extenderet incendium nobilis
fabricæ manu sua struxit, siuit ipse fassus est, uoto adipis-
scendæ famæ latioris Notatur ergo eadem die pflagras/
se templū Ephesi, qua Alexander magnus Pellæ natus
est. Qui oritur, ut Nepos edidit, M. Fabio ambusto, T.
Quintio Capitolino COSS. Post Romanam conditam an-
no CCCL XXXV. Id templum, cum postmodum ad
cultum augustinorē Ephesij reformarent, faber operi Di-
nocrates p̄fuit quē Dinocratem Alexandri iussu Alexan-
dri in Aegypto iam metatum supra exposuimus. Nusq;
orbe toto tam assiduos terræmotus, & tam crebras ur-
biuum demersiones, quām in Asia esse cladibus Asiaticis
panuit, cum Tiberio principe urbes duodecim simul una
ruina occiderint. Ingenia Asiatica inclyta p gentes fuere
Poetæ Anacreon, Inde Minnermus, & Antimachus,

deinde Hippoanax, deinde Alcaeus, inter quos etiam Saphò mulier. At historiæ cōditores Xanthus, Hecatæus, Herodotus, cum q̄bus Ephorus, & Theopompos. Nam de septem sapiētia p̄dīs Bias, Thales, Pitthacus, Cleanthes stoicæ eminētissimus. Anaxagoras naturæ īdicator, Heraclitus etiā subtilioris doctrinæ arcanis īmoratus.

De Phrygia, & Lydia, & Bonaso quadrupede. De monte Minante, & de admirandis omnibus, quæ in ijsdem locis uisantur.

Caput. XLII.

Siam excipit Phrygia, in qua Celene, quæ antiquato priore nomine in Apamea transiit oppidum à rege Seleuco postmodum constitutum. Illic Marsyas ortus, illic & sepultus, unde qui proximat fluuius. Marsyas dicitur. Nam sacrilegi certaminis factum, & audaces in deum tibias testantur non proul à ualle, quæ euentum geste rei signat, & ab Apamea decē millibus passuum separata Aulocrene usq; ad huc dicatur. Ex arce huiusc oppidi Maeander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuosus inter Cariam, & Ioniam præcipitat in sinu, q Miletum diuidit, & Prienē. Ipsa Phrygia Troa disuperiecta est, Aglonia parte Galatiæ collimitata, metridiana Lycaoniæ Pyridæ, Mygdoniæq; contermina. Eadem ab oriente uicina Lydiæ, à septentrione, Mysie, Cariæ, à parte qua dies medius est. Mons Lydiæ Tmolus croco florentissimus, amnis paetolus, quem aurato fluente incitum, aliter χευσογό'ay uocant. In his locis animal nascitur, quod Bonason dicunt, cui taurinum caput, ac deinceps corpus omne tantum Iuba equina, cornua

autem ita multipliciflexu in se recurrentia, ut si quis in
 ea offendat, non uulneretur, sed quicquid praesidijs mon-
 stro illi frons negat, alius sufficit. Nam cum in fugam
 uertitur proluuie citi uentris finum egerit per longitu-
 dinem trium & iugerum, cuius ardor quicquid attiger-
 rit egerie noxia summoet in sequentes. Miletos ioniae
 caput Cadmi olim domus, sed eius, qui primus inuen-
 nit profæ orationis disciplinam. Non longe Epheso Cor-
 lophon ciuitas nobilis oraculo clarij Apollinis. Vnde
 haud procul Minas surgit, Cuius uertices de nubibus
 superuolantibus futura tempestatis significant qualitas
 tem. Caput Maeonie Sipylus excipit, Tantalis antea dis-
 etta, & in illam uocabuli memoriam orbitatibus data
 Niobe. Smyrnam Melas circumfluit, inter flumina Asiaticæ
 facile præcipius amnis Smyrnæos uero campos flu-
 uius Hermus secat, qui ortus Dorylao Pergygia & Phry-
 giam scindit à Caria. Hunc quoq; Hermum flumib; bus
 aureis æstuasse antiquitas credidit. Smyrna, unde præ-
 cipue nitet, Homero patria extitit, qui post Ilion captum
 anno CCLXXII humanis rebus excessit. Agripa
 syluio Tyberini filio Albæ regnante anno ante ur-
 bem conditam. CLX. inter quem, & Hesiodum
 poetam, qui in auspicijs olimpiadis primæ obiit.
 CXXXVIII. anni interfuerunt. In Rhetæu litore
 Athenienses & Mitylenæi ad tumulum ducis Thessa-
 lij Achilleon oppidum condiderunt, quod propemodū
 interiit, deinde interpositis. XL. fermè stadijs in altero
 cornu eiusdem litoris ad honorem Salaminij Aiacis al-
 terum oppidum, cui Æantio datum nomen, Rhodij
 extruxerunt. Atiuxta Ilium Memnonis stat sepulcrum.

ad quod sempiterno ex Aethiopia cateruatim aues adi-
uolant, quas Ilienses Mēnonias vocant. Cremutius au-
thor est has easdem anno quinto in Aethiopia caterua-
tim coire, & undiqueuersum quo usquam gentium sunt
ad regiam Mēnonis cōuenire. Mediterranea quae sunt
supra Troadis partem Teutrania tenet regio, quae pri-
ma Myserum patria fuit. Perfunditur Teutrania Cai-
co flumine. Per omnem Asiam chamaeleon plurimus,
animal quadrupes, facie, qual acertæ, nisi crura recta,
& longiora uentri iungerentur, prolix a cauda eadēq;
in ueriginem torta, hamati ungues, subtili aduncita-
re, incessus piger, & si rē idem qui testudinum motus,
corpus asperum, cutem qualem in Crocodilis deprehē-
dimus, subduci oculi et recessu concavo introrsum rece-
pti, quos nunquam nictatione obnubit, uisus denique
non circulatis pupillis, sed obtutu rigidi orbis intentat,
hiatus eius æternus, ac sine ullius uisus ministerio, quip-
pe qui cum neq; cibum capiat, neq; potu alatur, neque
alimento alio, quam haustu aeris uiuat, color uari-
us, et in momēto mutabilis, ita ut cuiusq; rei cōiunxer-
it cōcolor ei fiat. Colores duo sunt, quos fingere nequa-
quā ualeat, rubrus, et cādīdus, cæteros facile metitur, cor-
pus penè sine carne, uitalia sine liene, nec nisi in corau-
lo pauxillum sanguinis deprehenditur, latet hyeme,
producit uere impetibilis est coraci, à quo cum inter-
fectus est, uictorem suum perimit interemptus. Nam si
uel modicum ales ex eo ederit, illico moritur. Sed corax
habet præsidium ad medelam, natura manum porrige-
te. Nam cum afflictum se intelligit sumpta frōde lan-
ze recuperat sanitatem. Pythonis conus est in Asia lor-

eus in campis patentibus, ubi primo aduentus sui tempore ciconiae aduolant, & eam, quæ ultima aduenerit laniant uniuersæ. Aues istas ferunt linguas non habere. Verum sonum quo crepitant oris potius quam vocis esse existimai illis inest pietas. Etenim quantum temporis impenderint fœtibus educandis, tantum & ipsæ à pullis suis innicem aluntur. Ita enim impense nidos fouent ut incubitus assiduitate plumas exuant. Noceri eis, omnibus quæ locis nefas ducunt, sed in Thessalia uel maxime, ubi serpentum immanis copia est, quos dum inescādi gratia insectantur regionibus thessalicis plurimum malidetrahunt. Galatiam in primis seculis priscæ Gallorum gentes occuparunt, Tolistobogi, & Voturi, & Ambiani, quæ vocabula adhuc permanent, quoniam Galatia, unde dicta sit, ipso sonat nomine.

De Bithynia, & eius capite Prusiade, in qua Annibal sibi ipsi mortem ueneno consciuit.

Caput. XLIII.

b Ithynia in Ponti exordio ad partem solis orientis aduersa Thraciae opulenta ac diversa urbium, à fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia. In ea Prusiadem urbem alluit Hylas flumen, & perspargit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delicias Herculis Hylam puerum nymphis rapinam, in cuius memoriam usque adhuc solenni cursitatione lacum populus circum, & Hylam uoce clamant, In bithynio quoque agro Libyssa, locus Nicomediæ proximus sepulcro

IVLII SOLINI

Annibalis famæ datus, qui post Carthaginense iudicium træfuga ad regem Antiochum, deinde post Antiochi apud Thermopilas pugnam tam malam, fratrumq; regem fortunæ uicibus in hospitium Prusæ deuolutus, ne tradiceretur T. Quintio ob hanc causam in Bitbyniam misso, captiuusq; Romam ueniret, ueniui mali poculo animam expulit, & à Romanis se uinculis morte defendit.

De ora pontica.

Caput. XLIII.

Ora pontica post Bospori fauces & Rhenum amnē portumq; Calpas Sagaris fluminis ortus in Phrygia, dictusq; à plerisq; Sangarius, exordium facit Mariadini sinus in quo oppidum Heraclea apposuit Lyco flumini, & Aconæ portus, qui prouentu malorum germinum usque eo celebris est, ut noxias herbas aconita illinc nominemus, proximus inde Acherusius specus, quem foraminis cæci profundo adusq; inferna uiunt patere.

De Paphlagonia.

Caput. XLV.

Aphlagoniā limes à tergo Galaticus amplectitur, ea Paphlagonia Carabi promotorio spectat Tauricam, consurgit Cytoro monte porrelio in spatium trium & sexaginta millium insignis loco Henato, à quo, ut Cornelius noster perhibet, Paphlagones in Italiam transuecti, mox Veneti sunt nominati. Plurimas in earegione urbes Milesij considerunt Eupatoriam Mithridates, quæ subalta à Pompeio Pompeopolis est dicta.

De Cappadocia, & in ead equis Cap. XLVI.

Appadocia gentium uniuersarum, q̄ pons
tum accolunt praecipue introuersus recedit
laterelæno utrasq; Armenias, & Comas
genem simul transit, dextro plurimis Asiæ
populis circumfusa. Attollitur ad Tauri inga, & Solis
ortum, præterit Lycaoniam, Pisidiam. Ciliciam uadit
super tractum Syriæ Antiocheæ pte regionis alterius in
Scythiam p̄tendens, ab Armenia maiore diuisa Euphrat
et amne. Quæ Armenia unde Pâthydri montes sunt
ausplicantur, Multæ in Cappadocia urbes inclytæ, ue-
rum ut ab alijs referamus pedem, coloniam Archelai-
dem, quam deduxit Claudio Cæsar, Halis præter flu-
it. Neocæsaream fluvius Lycus alluit Melitam Semira-
mis condidit. Maçacam sub Argæo sitam Cappado-
ciam matrem urbium numerant. Qui Argæus niuali-
bus iugis arduis nec astiuo quidem torrente pruinis ca-
ret. Quemq; indigenæ populi habitari Deo credunt. Ter-
ra illa ante alias altrix equorum & proueti eqno accō-
modatissima est. Quorum hoc in loco ingeniu corpori
sequendum. Nam equis inesse iudicium documentis plu-
rimis patefactum est. Cum iam aliquot inuenti sint qui
non nisi primos dominos agnoscerent oblii mansuetus
dini, si quando mutassent consueta seruitia, Inimicos p̄-
tis suæ norunt, adeo ut inter plia hostes morsu petant.
Sed illud maius est, quod rectoribus perditis, quos dilige-
bant, arcessunt famie mortem. Verum hi mores in gene-
re equorum præstantissimo reperiuntur. Nam q̄ infra
nobilitatem sunt sati, nulla documenta sui præbuerunt.

Sed nequid videamur dicendi licentia contra fidem arrogasse, exemplum frequens dabimus. Alexandrina gni equus Bucephalus dictus siue de aspectu toruitate siue ab insigne, quod taurinum caput harmo inustum gerebat, uel quod de fronte eius quodam extantium corniculorum minae protuberabant. Cum ab equario suo alias etiam molliter sed eretur accepto regio strato nemine unquam alium propter dominum uebere dignatus est. Documenta eius in praelijs plurima sunt quibus Alexandrum durissimis certaminibus sospitem opa sua extulit. Quo merito effectum, ut defuncto in India exeqas rex duceret, et supremis sepulchrum daret. Vibem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucephalam nominauit. Equus C. Caesaris nullum praeter Caesarē dorso recapit cuius primores pedes facie uestigij humani tradūt suis, sicut ante ueneris genetricis simulacrum eadem hac effigie locatum est. Regem Scytharum cum singulare certamine interemptum aduersarius uictor spoliare uellet, ab equo eius calcibus, morsuque laniatus est. Agrigenina etiam regio frequens est equorum sepulchris, quod super eorum munus meritis datum creditur. Voluptatem his inesse Circi spectaculi prodiderunt. Quidam enim equorum canibus tibiarum, quodam saltationibus, quida colorum uarietate, nonnullis etiam accensis facibus ad cursus prouocantur. Affectum equinum lachrymæ prohibant. Denique interfetto Nicomede rege equus eius uitam in media expulit. Cum praelio Antiochus Galatas subegisset, Cetaretrij nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ouaturus insiluit. Isque adeo spreuit lupatos, ut de industria curuatus ruina et se et equitem pariter affliget

ret. Ingenia equorum & Claudijs Cæsarijs Circenses
 probarunt, cum effuso rectore quadrigæ, cursus æmulos
 non minus astu, q[uod] uelocitate præuerterent, Et post de-
 cursa legitima sp[eci]a, ad locum palmae sponte confis-
 tent, uelut uictoriæ præmium postularent. Excusso quo
 que auriga, quem Ratumenam nominabant, relicto cer-
 tamine ad capitolium quadriga præsiluit, nec ante sub-
 stitit, quâlibet obuijs occurribus impedita, quâm Tarpe-
 ium Iouem terna dextiratione lustrasset. In huic animalis
 genere ætas longior maribus. Legimus sanè equū
 adusq[ue] annos septuaginta uixisse. Iam illud non uenit in
 ambiguum, quod in annum tertium & trigesimum
 generant, ut pote qui etiam post uigesimum mittantur
 ad sobolem reficiendam. Notatum etiam aduertimus
 Opunt enim nomine equum ad gregariam uenerem du-
 rasse in annos quadraginta. Equarum libido extingui-
 tur iubistonis. In quarum partu amoris nascitur uene-
 ficium. Quod in frontibus proferunt recensediti, filio
 colore, caricis simile, i' τωτομαρες nominatum. Quod
 si præceptum statim fuerit, nequaquam mater pullo uber-
 ia præbet uellitanda. Quo quis acrior fuerit speiq[ue]
 maioris, eo profundius nares mersitat in bibendo. Mas-
 ad bellum nunquam producitur apud Scythas, eo quod
 fœminæ leuare uescas etiam in fuga possint. Edunt
 equæ ex uentis concæptos, sed hi nunquam ultratrien-
 nium auum trahunt.

IULII SOLINI
Affyria, in ea de unguentorum origine, & de ar-
bore medica. Caput. XLVII.

Syriorum initium Adiabene facit. in cuius
eius pte Arbelitis regio est, quē locū uictoria
Alexandri magni non sinit p̄teriri. Nam ibi
copiae Darij fudit, ipsumq; subegit. Ex
pugnatisq; eius castris in reliquo apparatu regis repit
Scrinium unguētis refertū, unde primū romana luxuria
fecit ingressum ad odores peregrinos. Aliquantisper tñ
uirtutē ueterum ab illa uitiorū illeccbra defensi sumus, atq;
adeo in censurā P. Crassi & Iulij Cæsaris q̄ edixerunt
anno urbis conditæ q̄ngentesimo & sexagesimo quinto
neq; unguēta in ueheret pegrina. Post modū uicerunt no-
stra uitia, & Senati adeo plauit odorū delitiae, ut ea
etiā in penetralibus tenebris uiteretur. Sicut L. Plotium
fratrem L. Plotij bis consulē proscriptū à triumviris in Sa-
lernitanalatebra unguēti odor prodidit. Hos terrarum
duellus excipiit Medica, cuius arbor inclinuit etiā carni-
nibus Mantuanis. In genipa, & cui tale fermè, quale
Cydonijs folium est tantum eo differt, qđ aculeatum spi-
nulentis fastigijs hispidatur. Gestat malū imimicū uenel-
nis sapore aspero, & amaritudinis mira. Odoris autem
fragrantiap plus, q̄ incundum, longeq; sensibile. Verum
pomo illius tanta ubertas inest, ut onere prouentus semi-
per grauetur. Nam protinus atq; poma eius ceciderit
ne, maturitate alia prouerant. Eaq; tantum est opimi-
tati, mora, ut fetus decidat ante nati. Vsurpare sibinemo
ra ista optarūt & aliæ nationes p industriā tralati ger-
minis & inserti, sed beneficium soli Mediæ datum na-

ura resistente terra alia non potuit nutritari..

De portis Caspijs.

Caput. XLVIII.

Aspiæ portæ panduntur itinere manusculo longo octo millibus passuum. Nam latitudo eius uix est planstro pernueabilis. In his angustijs etiam illud asperum, quod præcisorum laterum saxa liquefribus inter se salis uenis exundant humorem affluentissimum. Qui mox uero caloris constrictus uelut in glaciem coit. Ita labes inuisa accessum negat. Præterea octo & uiginti millibus passuum tractus omnis quoq; inde pergitur, nullis putris, uel fontibus huius arida, sine p[re]sidio sicut. Tunc serpentes undiq; genitam conuenæ à uerno statim die illuc confluent. Ita periuli, ac difficultatis concordia ad Caspios nisi hyeme accessus negatur.

De Direo, & Margianaregione. Caput. XLIX.

Caspijs ad orientem uersus locus est, quod Direum appellatur. Cuius ubertati non est, quod uspiam comparari queat. Quem locum circunfidunt. Tapyri, Anariaci, & Hyrcani. Ei proximat Margiana regio inlyta cœli, ac soli commodis, adeo ut in toto illo latifundio uitibus sola gaudeat. In faciem theatram montibus circumuenitur ambitu stadiorum mille quingetorum penè inaccessa ob incommodum arenosæ solitudinis, quæ per centum & uiginti millia passuum undiq; uersum circumfusa est, Regionis huic amoenitatem Alexander magnus usque adeo miratus est, ut ibi primum Ale-

driam conderet. Quam mox à Barbaris excisam Antiochus Seleuci filius reformauit, & de nuncupatione dominus suæ dixit Seleuciam. Cuius urbis circuitus diffunditur in stadia septuaginta quinq;. In hanc Orodes Romanos captos Crassiana clade deduxit. Et aliud in Carpijs Alexander oppidum excitarat, idq; Heraclea dictum dum manebat, sed hoc quoq; ab iisdem eversum gentibus Deinde ab Antiocho restitutum, ut ille maluit Achais postmodum nominatum est.

Oxis amnis ortus, & eius accolæ. Finis itinerum Aezandri, Liberi patris, Herculis, Semiramidos, Cyri, Aliaq; conterminæ gentes, ubi etiam multa de Camelis exponuntur.

Caput. L.,

Oxus amnis oritur de lacu * Oxo, cuius oras Heniochi, Bateni, Oxytagæ accolunt, sed præcipuam partem Bactri tenent. Bactris præterea est proprius amnis Bactros. Vnde & oppidum, quod incolunt, Bactrum. Gentes huiusc, quæ penè sunt Paropamisi iugis ambiuntur, quæ aduersa Indis fontibus terminantur. Reliqua includit Oxus flumen. Ultra hos Panda oppidum Sogdianorum, in quorum finibus Alexander magnus tertiam Alexandriam condidit, ad contestandos itineris sui terminos. Hic enim locus est, in quo primum à Libero patre, post ab Hercule, deinde à Semiramide, postremo etiam à Cyro eræ sunt constitutæ. Quod proximum gloriae omnes duxerunt, illo usq; promouisse itineris sui metas, Vniuersi eius ductus duntaxat ab illa terrarum

parte Taxartes fluvius secat fines. Quem Taxartem soli
 uocant Bactri. Nam Scythæ Silyn nominant. Hunc eum
 dem esse Tanain exercitus Alexandri Magni credidei
 runt. Verum Dæmodamas dux Seleuci & Antiochis
 tis idoneus uero author transuersus amnem istum ti-
 tulos omnium supergressus est, aliumq; esse, q; Tanain
 deprehendit, ob cuius gloriæ insigne, dedit nomini suo
 ut altaria ibi statueret Apollini Didymæo. Hoc est collis-
 mium, in quo limes Persicus Scythis iungitur, quos
 Scytha Persæ lingua sua Sacas dicunt, & inuicem Scy-
 tha Persas Chorsaros nominant, montemq; Caucasum
 Craucason, idest niuibus candicantem. Densissima hic
 populorum frequentia, cum Parthis legem placiti ab
 exordio moris incorrupta custodit disciplina. E' quibus
 celeberrimi sunt Massagetae, Essedones Ariacæ, et Assæi
 Post quos immanissimis barbaris interiacentibus de ri-
 tu aliarum nationum penè inconstanter definitum ad-
 uertimus Bactri Camelos fortissimos mittunt, licet Ara-
 bia plurimos signat. Verum hoc differunt, quod Arabi
 cibina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Nun-
 quam pedes atterunt. Sunt enim illis reciprocis qbusdam
 pulmunculis uestigia carnulenta. Vnde & contraria est
 labes ambulantibus, nullo fauente p'sidio ad nisum insi-
 stendi habentur in duplex ministerium. Sunt alij one-
 riferendo accommodati, Alij ad perniciatem leues. Sed
 nec illi ultra iustum pondera recipiunt, nec isti amplius
 quam solita spatha uolunt egredi. Geniturae cupidine
 efferantur, adeo ut sauiant cum uenerem regrunt, odes-
 runt equinum genus. Sitim etiam in quatriduum toles-
 tant. Verum cum occasio bibedi data est, tantum im-

IVLII SOLINI

plentur, quantum et faciet desideria præterita, et in futurū diū profit. Lutulentas aquas captant, puras refungiunt. Deniq; nisi cœnosior liquor fuerit, ipsi assidua consculcatiōe limum exātant ut turbetur. Durant in annos centum nisi forte tralati in peregrina, insolentia murtati aeris morbos trahant. Ad bella fœminea præparantur. Inuentumq; est, ut desiderium eis coitionis quadam castratione execarentur, putant enim fieri ualidiores, si à coitibus arreantur.

De Seribus, et serico uellere. Caput. II.

Va ab Scythico, et oceano, et mari Caspicio, in oceanum eoum cursus inflectitur, ab exordio huiuscē plagæ profundæ niues, mox longa deserta, post anthropophagi gens asperrima, dein spatioſæuissimis bestijs effera ta fermè dimidiā itineris partem impenetrabilem rediderunt. Quarum difficultatum terminum facit iugum mari immensus, quod Tabim Barbari dicunt, post quem longinque adhuc solitudines. Sic in tractu eius oræ, quæ spectat æstuum orientem, ultra inhumanos situs pris mos hominum Seres cognoscimus. Qui aquarum aspergine inundatis frondibus uellera arborum adminiculō depectunt, liquoris et lanuginis teneram subtilitas tem humore domant ad obsequium. Hoc illud est sericum in usum publicum damno seueritatis admissum, et quo ostendare potius corpora, q̄ uestire, primo fœminis, nunc etiam uiris persuasit luxuriæ libido. Seres ipsi quidem mites et inter se quietissimi. Alias reliquorum mortalium cœtus refugiunt, adeo ut cæterarū gentium commercia

commercia abnuant. Primum eorum fluuium mercatores ipsi transeunt, in cuius ripis nullo inter partes linguae commercio, sed depositarum rerum pretia oculis aestinantes sua tradunt, nostra non emunt.

De Attacis.

Caput. LII.

Equitur Attacenus sinus & gens Attacorum, qibus temperies prærogativa miram aeris clementiam subministrant. Arcent sane afflatum noxiū colles qui salubri apricitate undiq; secus obiecti prohibent auras pestilentias. Atque ideo, ut Amometus affirmat, par illis & hyperboreis genus uitæ est. Inter hos & Indiam gnarissimi Cycannas locarunt.

India, & omnia, quæ ad eam pertinere possint.

Caput. LIII.

Mediis montibus auspicatur India, à meridiano mari porrecta, ad eorum, & à septentrione usq; ad montē Caucasum. Terra adeo fauonij spiritu saluberrima, bis in anno & statem habet, bis legit fruges, uice hyemis etesq; potitur auris. Hanc Posidonius aduersam Galliae status it, sane nec quicquam ex ea dubium. Nam Alexandri magni armis comperta, et aliorum postmodum regum diligentia per agrata penitus cognitioni nostræ addita est. Magasthenes sane apud indicos reges aliquantisper commoratus, res indicas scripsit, ut fidem, quam oculis subiecerat, memoria daret. Dionysius quoq; qui & ipse Philadelpho rege spectator missus est grata periclis

tandæ ueritatis paria prodiit. Tradunt ergo in India
 fuisse quinq; millia oppidorum, p̄cipua capacitate, popu-
 lorum nouem millium. Diu etiam credita est tertia
 pars esse terrar̄. Nec mirū sit, uel de hominum, uel de
 urbium, copia, cum soli Indi nunq; à natali sole recesser-
 rent Indiam Liber pater primus ingressus est, utpote qui
 Indis subactis primus omnium triumphauit. Ab hoc
 ad Alexandrium magnum numerantur sex millia qua-
 dringenti quinquaginta unus, additis eo amplius tri-
 bus mensibus, habita per reges computatione, q̄cētum
 quinquaginta tres tenuisse medium auum dephendun-
 tur. Maximū in ea amnes Ganges, & Indus. Quorum
 Gangen quidam fontibus incertis nasci, & Nili modo
 exundare phibent. Alij uolunt à Scythicis montibus exi-
 toriri. Hispasis etiam nobilissimus ibi fluuius, qui Alexan-
 dri magni iter terminauit, sicut aræ in ripa eius posita
 probant. Minima Gangis latitudo per. VIII. millia pas-
 suum, maxima p. XX. patet, altitudo ubi uadofissimus
 est mensuram centum pedum deuorat. Gangarides exi-
 timus est Indiæ populus. Cuius rex eq̄tes mille elephā-
 tos septingentos, peditum sexaginta millia in appara-
 belli habet. Indorum qdam agros exercent, militā plu-
 rimi, merces alij, optimi, ditissimiq;. Rēp curāt reddunt
 iudicia, assident regibus. Quietum ibi eminentissimæ sa-
 pientiæ genus est. Vitæ repletos incensis rogis mortem
 accersere. Qui uero ferociori seclæ se dediderunt, et syl-
 uestrē agunt uitam, elephantos uenantur. Quibus pdomi-
 tis ad mansuetudinē, aut arant, aut uehūt. In Gāge insu-
 la est populofissimam et amplissimā p̄tinē gentē. Quoi-
 dum peditū quinquaginta millia equitum quatuor mil-

lia in armis habet. Oes sanè quinq; pediti sunt regi potestate, non sine maximo elephantorum equitū, peditumq; numero militarem agitant disciplinam. Praesia gens ualidissima Palibotram urbem incolunt. Vnde qdam gentem ipsam Palibotras nominarunt. Quorum rex fex cetera millia peditum, equm triginta millia, elephantoruū octo millia omnibus diebus ad stipendum uocat. Ultra Palibotram mons Maleus, in quo umbræ hyeme in septentrione, estate in austro cadunt, uicissitudine hac durante senis mensibus. Septentriones in eo tractu, in anno semel nec ultra quidecim dies apparent, si ut author est Betho, qui perhibet hoc in plurimis Indiæ locis inueniri. Indo proximantes flumini uersa ad meridiem plaga ultra alios torrentur calore. Deniq; uim Syderis prodit hominum color. Montana Pigmæi tenent. At iij, quibus est uicinus oceanus sine regibus degunt. Pandea gens à fœminis regitur. Cui reginam primam assignant Herculis filiam. et Nysa urbs regioni isti datur. Mons etiam Ioui sacer Meros nomine, in cuius specie nutritū Liber patrem ueteres Indi affirmant, ex cuius uocabuli argumento lasciuienti famæ creditur Liberum patrem Fœmine natum. Extra Indiæ hostium sunt insulæ duæ, Chryse & Argyre. adeo fœcidæ copia metallorum, ut plerique eas aurea sola prodiderint, et argentea habere. Indis omnibus promissa Cæsaries nō sine fuco cœrulei, aut crocei coloris, Cultus papyrius in gemmis. Nullus finex appellatus. Præterea, ut Iubæ & Archelai regum libris editū est, in quantū mores populoꝝ dissonant, habitus quoque discrepantissimus est. Alij lineis, Alij laneis peplis uestiuntur, pars nudi, pars obscena tantum amiculati plu-

rimi & flexibus libris circundati. Quidā populi adeo
 proceri, ut elephantes uelut equos facillima insultatio
 ne transiliant, plurimis placet neque animal occidere
 neque uesci carnibus, pleriq; tantum piscibus aluntur,
 & è mari uiuunt. Sunt qui proximos, parentesq; prius,
 q; annis aut ægritudine in maciem eant, ante uelut ho-
 stias cædunt. Deinde peremptorum uiscera epulas ha-
 bent, quod ibi non sceleris, sed pietatis loco numerant.
 Sunt qui cum incubuere morbi, procul à cæteris in secre-
 ta abeunt, nihil anxiæ mortem expectantes. Astiacanorū
 gens laureis uiret syluis, lucis buxeis. Vitium uero, &
 arborum uniuersarum, quibus gratia dulcis est, prouen-
 tibus copiosa. Philosophos habent Indi, Gymnosophistas
 uocant, qui ab exercitu ad usq; solis occasum extensis oculis
 orbem candētissimi syderis intuentur. In globo igneo
 rimantes secreta quædam, arenisq; frumentibus perpetem
 diem alternis pedibus insistunt, Ad montem qui Milo
 dicitur, habitant, quibus auersæ plantæ sunt, & octoni
 in plantis singulis digiti. Megasthenes per diuersos In-
 diae montes esse scribit, nationes capitibus caninis, arma-
 tas unguibus, amictas uestitu tergorum, Ad sermonem
 humanum nulla uoce, sed latratibus tantum sonantes
 asperis rictibus, Apud Ctesiam legitur quasdam fœni-
 nas ibi semel parere, natosq; canos ilico fieri. Esse rursum
 gentem alteram, quæ in iuventa sit cana, nigrescat in
 senectute, ultra æui nostri terminos permanentem. Legit-
 imus monoculos quoq; ibi nasci singulis cruribus, & sin-
 gulari pernicitate. Qui ubi defendi se uelint à calore rei
 supinati, plantarum suarum magnitudine in umbren-
 tur. Gangis fontem qui accolunt nullius ad escam opis

Marginibus laterum formatur, at undiq; ternis
Late quidem boreæ sub litore tendit oris
Ast orus angusta petit, summamq; Syenem,
Quam celsi media montes utrinq; coherent,,

Irriguit

irrigui per quam descendunt flumina Nili,
 Hanc habitant homines multa pariterq; opulentia
 Qui ueteris claræq; colunt sub mœnia thebes
 Quam perhibent centum portas habuisse priores,
 Filius auroræ Memnon qua regna tenebat.
 Hic sunt, & septem medijs in finibus urbes,
 Quas celebrat totum discurrens fama per orbem.
 Et quicunq; maris uiuunt propè litora uasta.
 Quia lacus est in gens liquidæ serbonidos undæ,
 Ad cuius Zephyrum Macedum sunt mœnia regis.
 Et Pharos idothees scopuli pallenidis altæ.
 Post urbs sub casio pellusi uergit ad ortus.
 Nam ijs populus duris quam possidet apius.
 Non tamen est Libyes ponēdus finibus iste,
 Scilicet eoas Nili qui continent oras,
 Nili quem circum floret mirabilis arbor.
 Extinguit quæ sitim pomo, cui nomen Adipsa
 Hæc facies libyes, hic claudit terminus illam.
 Sunt tamen hic aliæ gentes, quæ litore summo
 Cethyos aut medijs habitant telluris in aruis
 E gratas circum ripas tritonidis undæ.
 Hic lapis heliotropius est, qui nomine uero
 Dicitur inuerit radios nam solis in unda,
 Si quis eum fusa labris immerget abenis
 Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris
 Purior at soli renitet nudatus ab undis.

Si placet Europeo quoq; me nunc dicere formam
 Haud taceam, similis Libyæ est sed uergit ad arctos.
 Finibus & pariter dissentis pergit ad ortus.
 Linea nanq; Asiae similis disiungit utrang;
 Hæc noctis spectat, partes aquilonis at illa,

Ast ambas unam si terras esse putemus
Assimulent conum lacertum compagibus aquis,
Cuius ad occasus est summum, lata sub ortu.
Sic Europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cuius sumnum propè metas Herculis alti
Magnanimæ gentes dederat quies nomen Iberus
Ad spatum multum terrarum rura colentes
Oceanum boreo continent frigore durum
Scrutaturq; decus pulchrum sapientibus auri.
Quos tamen haud maculat præsens, nec deijcit absens
Qua sunt germani bellaces, atq; Britani
Salibus Hercynijs Germania subiacet atrox.
Hæc tergo similis taurino dicitur esse.
Et pascit uolucres mirum fulgentibus alis,
Quos ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.
Pyrrhenes sequitur mons, post hunc est celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic Phaethonta suum caræ luxere sorores,
Hic electra legunt alnis jullantia celtæ
succina quæ memorant mellis uini ue colore,
Quæ paleas rapiunt tractu, frondesq; caducas.
Post hos tyrrheni, quos iuxta solis ab ortu
Incipiunt alpes, quibus exit gurgite uasto
Oceani rumpēs glacialis littora Rhenus.
Hunc propè consurgit fons istri flumine longo
Qui poscens ortum, Euxini percurrit in undas
Irrigiam peucem amplexus gurgite quino,
Cuius in arctoas est partes barbaratellus
Innumeras gentes gremio complexa redacto,
Cui finem faciunt mæotidis hostia uastæ.
Hinc sunt Germaniq; truces, & sarmata bellax

Atq; getæ, nec non basterne semina gentis,
 Dacorumq; manus & martia pectora Alani.
 Atq; δρόμοι τauriretinentes fortis Achilli.
 Angustum & longum mæotidis hostia iuxta.
 Hos equites supra celeres funduntur Alani.

Atq; melanchlænum populus metuendus in arcu.

Post Hippomolgi sunt, hippopodesq; potentes,

Atq; Gelonus cum Neuris, picliq; Agathyrsi.

Hic ubi descendit porrecta Borysthenis unda

Euxinumq; subit κείου propè tracta μέτωπον

E' regione iacet locus hic Symplegados arctæ

Hic sunt Aldesci quoq; Panticapiq; fluenta,

Diuidi currunt Riphæis montibus ambo

Immiscent qua se ponti glacialibus undis,

Nascitur electrum præfulgens luce nitenti,

Mense solet primo qualis splendescere luna

Hos adamanta legunt iuxta algetes Agathyrsi.

Tot dirimit gentes Aquilonis partibus Ister.

Huius ad australes terras, geræq; feroces

Noriciq; colunt, bellaces Pannorijq;

Et Mæsi Thracum boreis in finibus oris

In quorum terris quas ponti perfluit unda.

Ignipotens oleo commisto gignitur herba

Medica cui nomen cuius compescere flammæ

Si quis aqua cupiat, plus ignem pascit in illa.

Pulueris hunc iactus potis extinguere solus.

Thraces arant post hos latissima rura tenentes

Quæ Torrens stringit, finitq; Propontidis unda,

Atq; Helleponi fauces ægæus, & altus

Nascitur hic scopulus pallenes gemma refulgens

Asterium perhibent, stellis certare putant.

Et flammæ similis splendenti lumine lichnis,
Hic ripas istri porrectas undiq; stringunt.

Europæ reliquias nunc partis aspice ternas
Phœbeos uergens, quibus eminet illa sub ortus.
prima est Hispanum, quæ frangit littora pontum
Altera tyrrhenum quæ pulsat molibus æquor
Tertia quæ graios circumflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit iberica tellus.
Occiduum calpe, qua summam sustinet unam
Herculis è stellis, quam supra diues et alta
Tartessus tempsiq; sedent qui collibus imis
Pyrrhenes, cœlum qui tangit uertice summo.
Ast ambas intra tellus iacet ausonidarum,
Liuite quam recto medium secat Apenninus
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
In freta sicania porrecta terminat oras,
Hunc urbes circum populi, gentesq; frequentantur.
Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos
Tyrrheni primum fortis, iuxtaq; pelsagi
Cyllenes quondam propria qui sed erelicta
Tyrrhenis socias petierunt nauibus arces.
Hos propè sunt omni superantes laude latini,
Quorum per terram discurrit in æquora tybris,
Ante alios Tybris fluios præstantior omnes
Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam,
Romam quæ genitrix regum dominatur in orbeni,
Post hos pingue solum sequitur Campania diues
Hic ubi Parthenopes domus est castissima, frugum
Fertilis, hanc pontus proprijs exceperat undis
Ad noton est longe supra sirenida rupem
Peucentis filari gorges spectabile flumen.

Hunc habitant propè Lucani brutijq; coloni
 Ad Leucopetra longissima rura tenentes
 Hinc est ad Boream Zephyri quæ summa vocatur,
 Sub quas sunt Locri celeres, qui tempore prisco
 Illuc reginam propriam uenere secuti
 Ausoniām q; tenent, qua currit flumen halecis.
 Mænia cernuntur Metaponti, deinde, Crotonq;
 Quam pulcher gratam praterfluit Æsarū urbem
 Ulterius per gens hinc templa lacinia cernens,
 Post hæc est sybaris, perijt quæ numinis ira
 Præponens hominum tumulos cœlestibus aris
 Ponere qui priscis ausi certamina soli
 Samnitis medio complectitur itala tellus
 In gremio, mæscsq; simul, tunc deinde Tarentum
 Tangitur æquoribus, quod nunci uere Lacones.
 Continuo Calabré telluris rura sequuntur
 Vsq; hyrii summam se tendit Iapygis ora,
 Qua salis adriaci trahitur uastissimus aestus,
 Atq; sinum penetrans aquileium colligit undas.
 Alta tegestræon postremæ mœnia terræ
 Qua sinu sionius finitur gurgite lasso,
 Hi sunt Ausoniae populi, gentesq; potentes.
 Flexilis hinc pontus connuertens uergit ad ortus
 Atq; Liburnorum terras hyllasq; feroceis
 Bulimeon pariter præstringens littora currit.
 Et uenit illyrias late porrectus ad arces.
 Quas tollunt montes excelsa Ceraunia summas.
 Cernitur hic tumulus qui Cadmi dicitur esse
 Harmoniaeq; simul, namq; hic serpentibus illi
 Corpora post tempus longum mutasse feruntur
 In senio postquam patriam thebasq; relinquunt

Hinc illos aliud posuerunt numina monstrum.
Namq; duo tumuli concurrunt peste futura.
Significat quoties saeuissima damna colonis.
Hæc regio fontem mirandæ incipit undæ
Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum;
Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum,
Accensasq; faces si quis propè duxerit undam
Extinguit flamas, recipit sed ruisus easdem
Admoveat dextra cum extingtam lampada fonte.
Sed supra Thracen, quaq; Oricon concipit austros
Principium terræ doctissima græcia sumit
Ascendens nulum, geminatoq; æquore cincta
Ægæo, siculoq; mouent quæ flamine uenti
Diuerso, siculum Zephyrus tenet, eurus ad altum
Ægæum, sequitur Pelopis post insula lata
Consimilis folio platani, quod muris acutam
Æquiperat caudam, cuius iacet Isthmos imago
Hellados ad boream sibi met confinia iungens,
Latior at tellus felium esse flexible circum
Cingitur æquoribus Zephyrumq; triphyllidis arua
Excipiunt, per quam descendit flumine pulchro
Alpheus, qui messeni discinditur undis
Eurotæ, terris ambo nascuntur afeis
Hic tamen Eleos, at diuidit ille Laconias.
Hic medijs habitant Lata telluris in aruis
Arcades Apidanæs sub scopulos Erymanthi
Qua Melas atq; Crathis fluuij qua currit iaon
Tenditur atq; uetus, qua longo gurgite ladon
Hic merulos perhibent albos mirabile dictu,
Hic nasci linum, qui tacito accensus ab igni
Extingui nequitur, quem graij nomine uero

A' δ Βεργέν memorant, ferri nitet ille colore.

Iuxta est argium tellus, pariterq; Laconum
Oras argini uergunt, Lacones ad austros.

Æquoribus geminis Isthmos pulsatur utring;

Hoc Ephyren contra est Zephyrus, sed uerberat illud
Eurus in immensum quā mergitur unda profundum
Nōmine, quam danai dixerē Saronida prisca

Attica sed tellus post Isthmon solis ad ortum est.

Hinc orithyam Boreas rapuisse puellam

Traditur. hic Ilisos aquis deuoluitur amnis.

Boeotum sequitur finis, qua dicitur unda

Esse potestatis diuersæ, namq; duobus

Fluminibus uerit ueruecum lana colorem,

Hoc fuscat niueas, hoc albat gurgite nigras,

Locridis inde solum sequitur regionis, & ora

Thessalis & tellus Macedum cum mœnibus altis

Sub cuius scopulos tangentes uertice cœlum

Speluncæ ueteris seruant insignia cladi,

Finibus in medijs terrarum ranq; uidentur

Ostrea muticibus siccata latentibus esse,

Diluvium latebras dederat quod piscibus illas.

Concipit & parit hic naturæ munere gemmam

Quam pænitent perhibent, prægnantibus ista

Auxilium confert facilis reuamine partus.

Cernitur hinc niueas attollens uertice rupes

Aemus threicius, quem contra tenditur agri

Ad Zephyrum regio Dodones lata feracis

Ad cuius notias partes sub rupe aracynthi

Aetola gentis sunt belli laude potensis

Campi quos medios acheloia perfecat unda,

Et mare trinacrium per iumpitechinadas intra

Regna Cephallenæ propè sunt sapientis vlyssi
Ista Galachiten ripis ostendit in altis
Vberibus prodest, nec non infantibus idem
Et si quis terat hunc, albescit lacte liquefens.
Hunc fluuum iuxta præclaros scolis ad ortus
Phocis ad arctos uentos extenditur ingens
Donec contingat calida hostia thermopalarum
Sub iuga parnasi cephissos gurgite magno
Quam medium dirimit descendens murmure uasto
Qua templum Phœbi memorabile, delphica sedes.
In felix tenuit python per arua tirandus
Traiectusq; gemit squamosæ membra Draconis.
Liuida: phœbeæ transgit arundo pharetræ.
Hic aræ iripodesq; dei & uocale foramen
Hic cortina monens uenientia secula pandit
Et præsente canit stimulatus apolline uates.

Nunc ò musa iouis sunt insulæ ore canendæ
Quas homines toto dispersas & quore cernunt.
Est igitur ponto tellus circumflua prima
Cui iuueni Gadis, stellas hæc Herculis inter
A Tyrijs colitur Cotinusa uocata uetusq;
Continuoq; iacent gymnasæ, has baleares
Romani memorant, hinc frangitur & quore Ebusas
Sardinæ, post quam pelago circumflua tellus
Fontibus è liquidi; præbet miracula mundo,
Quot sanant ægros, pandunt, damnantq; nefando
Periueros furto, quos tacto flumine cecant,
Postquam non longe cernuntur littora cyrni,
Corsida quam pariter geminato nomine dicunt,
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram
Corporibus lapis hic ceu glutine testus adhæret.

Nulla tamen tellus latissima robora syluae
 Sic habili generat, dehinc rupes æolidarum
 Quas septem numero perhibent cognomine plotas.
 Quippe uiam rauibus pelago dant undiq; uasto.
 Illinc iure suo spiratia flamina uentos
 Incutit hippotades libuit cum uertere pontum
 Atq; idem cobibet uinclis & carcere tetro.
 Trinacia post hos moles distenditur ampla
 Cardinibus ternis, laterum quam terminat actus
 Procurres Pachyno longe castrisq; Pelori
 Exterrensq; rates lilybæi cantibus asperis
 Eminet ad Zephyrum lilybe, pachynusq; sub ortum.
 Aspicit Ausoniæm, boreaq; pelorus ad axes
 Qua mare uix superant bandæ quum mille periclis
 Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
 Traditur hic pelagi diruptas uiribus olim
 Excæpisse fretum terras cogente ruina.
 Plurima sunt istuc totum memoranda per orbem
 Diana fons est, camerina gignitur unda,
 Quem si quis manibus non casus hauserit unquam,
 Lætifico tristis non miscet pocula baccho.
 Hæc eademi montem mirandam sustinet Aetnam
 Vertice qui summo rigidaniue temperat ignem,
 Nec superant flammæ frigus, nec frigora flammæ
 At salis hic Acragas miracula possidet unus
 Naturas in quo proprias mutare uideatur
 Ignis & unda, salem nanq; illum soluere flammæ,
 Vna solet crepitus illi coniuncta mouere.
 Hic & Halepinus fons est mitissimus undis
 Tibia quem extollit cantu saltare putatur
 Musicus & ripis lœtans excurrere plenis.

Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates,
Hoc dederat fluuius, cuius generatur ad undas
Hanc simulacra uides uenis ostendere gemmam.
Aequoris ad siculi, quod uastis funditur undis
Ad noton est pontus libyæ, sirtisq; uadofa
Maior, at ulterius si pergas, cerne minorem
Occiduam iuxta quam Meninx insula fulget,
Et Cercina simul libyca statione patentes
Adria quas penetret, uenias si parte sinistra
Atq; legas calabrum littus, tunc insula magni
Ostendit se Diomedis nomine dicta,
Quo profugus quondam uictor concesserat ille
Coniugis incestæ per fraudes ægialiæ.
Ioniump ergens absyrtidas æquor ad ortus
Circuit, has olim colchi tenuere feroceſ.
Lassi dum fruſtra Medeæ furta ſequuntur.
Continuo post hasce liburnidas aſpicioſ altas.
Ad notias partes, hinc ſaua ceraunja nauis,
Inſulae ambraciæ contra ceſeruntur in alto.
Et Corcyra potens, Ithaces atq; aſpera tellus
Et quas obliuat riuis Acheloius amnis.
Flumine torrenti præcelsam Chalcida linquens
Sed multæ Amnisij Boreæ ſub parte uidentur
Aegilaq; inde Cythera Calabria dura colonis.
Ad notias uergit, ſed Carpathus, hanc propè Cretæ
Pinguis & umbroſis extendens collibus Idan
Ante ortus ſolis perhibent quam fulgere ſole.
Gignitur hic alimos, quam ſi quis mordeat herbam,
Compescit dannumq; famis, rabienq; diurnam.
At Rhodos Ægyptum contra iacet inſula dines,
Nubila quam nunquam uerterunt lumina ſolis,

Nam purus care potuit telluris ad ortus.
 Post hac sunt tenuae citra Patareide summa.
 Fama Chelidonias celebrat, quas nomine terras
 Suniados contra qua summum rupis. Abantas.
 Supra sunt salamis, nec non Ægina. Sed ortus
 Cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.
 Nec procul est Arados phœnices æquore cincta,
 Ægæi uero diuersis partibus alta.
 Ad fauces arctas multiæ sunt Sestos Abydos
 Confines Asie dextra, Europeq; finistra.
 Ad Boream quæ se pertendunt ordine longo
 Europe macris contingit abantias oram
 Et celsam scyrus peparethus, sacraq; Lemnos.
 Fertilis atq; Thasos, simul Imbros post Corybantium
 Mœnibus antiquis Samothracia cernitur alta.
 Ast Asie partem, qua tangunt æqua primam
 Delon circumdant, has dicunt cycladas esse,
 Continuo sporadas, ceu stellas aspicis almas,
 Ionidasq; simul, quas inter Caunus & altae
 Sunt Samus, atq; Chius celebratæ nomine claro.
 Æolicæ post, & Lesbos Tenedusq; sequuntur.
 Et sinus inde Melas helles prorumpit in æquor.
 Panditur hinc pelagus, tumidaq; propontide feruet
 Ad Boream, saxisq; uiget proconensis in illa.
 Est etiam leuis Euxini in partibus una
 Quam λαγκὴν perhibent, aduersa Borysthenis amnis,
 Pascit aves quoniam multas candore nivali.
 Hic animas perhibent herorum laude potentes
 Degere securas uirtutis munere pulchro.
 Cimmerium refla, sed si quis bosphoron ibi,
 Cernitur hinc dextra, uastæ mœotidis undæ,

Insula mole graui strans alopece a lata.
Postquam Phanagoren, Hermonassamq; nepotes,
Egregie quondam coluerunt gentis Ionum
Insulae haec celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast alias refluxum circundat tethyos æquor
Quarum demonstrem positum regionis ad oras
Athiopes habitant erythiam pectore iusti
Atlantem iuxta longæni scilicet illos
Makgoßiouç græci dixerunt finibus olim
Venit Hyperboreis quæ gens post fata perempti
Geryonis domuit, quem uirtus Herculis ingens.
Sed summam contra sacrum cognomine dicunt
Quam caput Europæ, sunt stanni pondere plenæ
Hesperides, populus tenuit quas fortis Iberi.
Ast aliae oceanii iuxta boreetidas actas
Sunt geminæ rheniq; britanides hostia cernunt.
Hic etenim lasso per rumpit tethya cursu.
Has tamen haud habeat spatio superare per orbem
Insula, perfulget nigro splendore gagates,
Hic lapis ardescens austri perfusus aquarum,
Ast oleo perdens flammæ, mirabile uisu.
Attritus rapit hic teneras ceu succina frondes
Nesiadum spatio nec distant littora longo
In quibus uxores anni tum bacchia sacra
Concelebrant, hederæ folijs, trætæq; corymbis
Non sic Bistonides absinthi ad flumina Thraces
Exertis celebrant clamorib. Εραφιώτιν
Non sic prærupto, qua currit gurgite Ganges
Indi solemneis epulas per agunt Dionysio.
Oceani tranans hic namibus æquor apertum
Ad Thuluenies, quæ nocte dieq; relucet.

Titanis radijs, cum curru scandit ad axes
 Signiferi Boreas succedens lampade partes
 At nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
 Ad solem calido referentem lumen ab ortu
 Aurea spectet tibi pinguibus insula glebis.
 Hinc tepidos proram conuertens nauis ad austros
 Taprobanem ueniet, generatq; magna elephantes,
 Per fines Asie, iacet hæc sub sydere cancri
 Litoribus cuius saliunt densissima cete,
 Quæ pascit uastum mare rubrum montibus aqua
 Tenditur horribilis, quorum per terga per armos
 Spina ferens cladem fatumq; sub ore feroci
 Quippe solent pariter nauem sorbere nirosq;
 Nam mala tam pelagus q; terra merentibus offert.
 Ulterius pergas si post Carmanida summam
 Ogyris occurrat, qua dicitur esse sepulchrum
 Regis Erythræi, dederit qui nomina ponto.
 Persicus inde sinus penetratur, & Icaron offert
 Insula, quæ fertur nimium placare Dianam.
 Hic ubi odoratos spirant altaria fumos
 Tot sunt ingentes quas cingit tethyos unda
 Insulæ, ast aliæ diuerfis partibus orbis,
 Dispersæ plures, fama latuere minores
 Auris difficiles nautis uel portibus aptæ.
 Quarum non facile est mihi promere nomina uersu.

Ast Asie fines amborum linea monstrat
 Et formam contra positarum in imagine coni.
 Paulatim trahitur tamen hæc orientis ad oras
 Oceanus stellas bacchiqua tangere fertur
 Finibus indorum postremis gurgite torrens
 Qua Ganges liquido nyssæos irrigat agros

Non tamen est ipsa similitudine telluris aperte
Scilicet ambabus penetralibus unus in illis
Finditur oceanus sinus, & discriminat ambas
Ast Asiae gremio triplex mare confluit undis
Hyrcanum pariter persum siuml atq; Sabaeum
Hec nonon, At boreos Hyrcanum uergit ad axes.
Gurgitis euxini vicinum multa uitorum
Millia, quod circum degunt per littora ponti.
Amborum medius campis discernitur Isthmos.
Ast Asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit a medijs terrae pamphylidis oris
Et longis sepe spatijs producit ad indos,
Nunc obliqua means, nunc recto limite currens
Vertice, quem toruo perhibent cognomine taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis,
Multifidusq; suos huc colles spargit, & illuc.
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes
In partes Euri Zephyri Boreaq; uel Austri.
Quis memorare queat fluminorum nomina cuncta?
Non tamen est unum montis cognomen ubiq;
Sed uarij flexus uariantur nomine multo.
Singula sed proprijs sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosq; tenentes
Expediam celebres, sed felix numen adesto
Mæotæ primi tangunt Mæotidis undas.
Sauromatæq; truces gens aspera Martis in armis
Sanguis Amazonidum fortis, quos promulit olim.
Sauromatis mixta quæ Thermodonte relicto
Ingentes genuere uiros, belloq; potenter
Innumeras habitant qui sylvas gurgite uasto,
Inter quas Tanais Mæotidis intima pulsat.

Europen fluvio dirimens Asiam'q; reflexo.
 Europen Zephyro, Asiam sub partibus ortus
 Caucasus exit cuius fons montibus altis
 Murmure cum uasto Scythia per plana refusus.
 Hunc tamen immenso torrentem flumine uerit
 In glaciem Boreas horrendo flamine saevis.
 Heu miseros homines, habitant qui finibus illis
 Aere damnati tristu, nimioq; rigore,
 Quo pereunt pecudes pariter, populiq; virorum
 Ni propere linquant sua rura furentibus euris.
 Ni curru impositu caspi propè littora ponti
 Deueniat hyemis linquentes rura procellis
 Quæ terras perflat, simul aspros undiq; montes.
 Hi Tanain habitant fluum propè Sauromatium
 Cui sunt uicini Sind quoq; Cimmerij'q;
 Post hos Cercetij iuxta quos Axenus altis
 Fluctuat æquoribus, necnon Oretæq; feroceſ
 Et qui Troianæ post prælia gentis Achæi
 Ascalpore regis, uictoria signa sequentes
 Dispulsi uentis istas uenire sub oras.
 Post hos Eniochi, genuit pelasgica tellus.
 Et Zygi iuxta uiuunt regione sub una.
 Intima sed ponti post fines Tyndaridarum
 Ægypto missi colchi tenuere coloni,
 Caucasij montis propè collem & caspia ponti
 Littora, qua celeres descendunt Phasidos undæ
 Circæosq; secant campos, atque æquora ponti,
 Nascitur Armenij fluvius, qui uertice montis,
 Ad cuius partes Boreas & solis ad ortus
 Euxinum dirimens, & caspia littoralate.
 Diffusus spatium per longum panditut Isthmos

Quem iuxta terras habitant orientis Iberes,
Pyrrhenes quondam, celso qui monterelicto
Huc aduenerunt Hyrcanis bella ferentes.
Hic Camaritarum gens est satis hospita baccho,
Huc remeans uictor, uictis diuertit ab indis
Post pingues mensas et pocula grata lyens,
Ostenditq; suos præcincti nebride ritus,
Inde canunt populi sacris iterantibus Euani
Heu heu bacche fremit et bacchica templa coronant.
Fluctibus hanc propter persæuit caspius aestus.
Undiq; quem tereti concludit margine tellus.
Scribere p facile est animo uel mente profundi
Hyrcani spatum, uisu penetrare per orbem
Haud equidem poti nigris aut nauibus undas
Ista petat maiora cupit qui premere gaia
Mercator, lucroq; uagis cadit inscius æui,
Venales animæ: quæ primæ credere ponto
Tentauistis opes, dubiæ luctamina uitæ,
At mihi musarum tradit chorus inclita dona
Conspicere unde licet, terras mare, sydera, cœlum,
Non casura pijs sunt hæc bona pignora natæ.
Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla
Scilicet immensum nauis transire profundo.
Non tamen exacuit pars una sub axibus æquor
Qua trachim refugæ miscetur tethyos undæ.
Multæ quidem generat uiuis miracula rerum,
Gignit enim egregiam crystalli pondere gemmam,
Atq; malos leniurees quod pellit nunnus Iaspis
Nocturni manes fugitant, quem membra tuentem.
Hoc igitur pelagus, quæ gentes undiq; cingunt
Incipiens numerum primis aquilonis ab oris

Quæ

Quæ uergunt Zephyro, quas Caspia littera claudunt.
 primi sunt Scythæ populi Saturnia iuxta
 Aequora uiuentes hyrcaniq; hostia ponti,
 Quos supra Gipes ditissima rura smaragdo,
 Qualeni non aliis terrarum possidet orbis,
 Atq; aurum sibimet defendunt pondere puro,
 Omnia, sed duri superans audacia lucri,
 Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum,
 prælia nam faciunt armis grypibus hostes.
 Hic & crystalli perlucet maxima moles.
 Et scytha miratur gracialis tethyos undas.
 Hinc unus sequitur, post fortis caspia proles.
 Hinc sunt Albani bellaces Marte feroci,
 Vnde canes natæ superant genus omne ferarum,
 Magnus Alexander missum sibi uiderat inde
 viuorem Barriq; canem, rabidiq; Leonis.
 Post hos calcantes durissima rura Cadusi,
 Et propè sunt Mardi, sequiturq; Hyrcania plebes.
 Hinc Apyri, per quos Mardi deuoluitur amnis.
 Dercebius bibit hunc præter bactrusq; fluentem,
 Per quos Hyrcanum currens descendit in aequor
 Sed Bactrijs medijs habitant telluris in aruis
 Parnesim late propè montem rura tenentes.
 Dercebrij uero sub Caspia littora uerunt.
 Post hos Massagetae, trans flumen Araxis ad ortum
 Hostibus saeuicunctis belloq; feroce
 Non bacchi dcnum, cereris nec munera norunt,
 Sed lac commixtum potant cum sanguine equina.
 Hos iuxta boream uersus Chorasmia proles
 Sugdies banc sequitur rapidus quam diuidit Oxus
 Emodum montem, quilinquens Caspidarum rumpit.
 Ind Bacæ nimium certis gens mira sagittis

Flumen Taxartem iuxta, quibus atua coluntur,
Et Tochari, Phruriq; & gens hinc barbara Serum
Quae est nulla boum pecoris nec pascua cura.
Vestibus ut unter, texunt quas floribus ipsi
Quos tenuant leitos discretis finibus ipsi.
Pratensis similes herbæ uiuiq; coloris.
Illi non tenui filo certaret Aragne
Confinis scythiae gens est extrema per arua
Quos propè sunt tristes uentis & frigore terræ
Namq; hyemes semper conturbant grandine mixtæ,
Caspius his populus lustratur pontus & oris.
Caspia tot rigidæ trans degit littora gentes.
Aspice post colchos nunc, & post Phasidis undas
Occasum uersus populos in littore ponti
Euxini qua se præbent Chalcedonis oras
Bosphorus angustat scopulis quæ Thracius uirguens,
Byzares primi quos iuxta terra Becchirum.
Macrones post hos pariter, Phyliresq; sequuntur.
Mossyniq; domo; præben, quae lignea tecta.
Turribus arboreis habitantes unde uocantur.
Hinc peccrum est diues nimirum gens Tibarenium.
Hanc propè sunt Chalybes durissima rura colentes.
Quos labor exercet sauis, ferriq; metalla.
Vicinos isti campos, terramq; patentem
Assyrii complent populi, qua gurgite uasto
Inter Amaronidas Thermodon maritus amnis
Armenium lirquens montem descendit in æquor.
Aetherium non passa Iouem iussaq; resedit.
Asopi huc quondam deuenit alumna Synope
Ab qua perpetuum cæperunt mœnia nomen.
Illi fluijrigidas propè frigore ripas
Inuenies lapidem crystalli pondere puro

Conſimilemque gelu, nec non ſplendore nitenti
 Gemma micans illic perlucet Iaſpidis albae.
 Iris continuo liquidis percurrit in æquor.
 post halys eſt fluuius Boreæ qui currit in ortus,
 Atq; Carambidis irrumpt propè littora pontum,
 Armenijs primas qui montibus accipit undas.
 Ad quorum terras horrendo Cerberon ore
 Herculeæ traxere manus acherusidos antro
 E' cuius ſpumis noctura uenena refurgunt,
 Paphlagones poſt hos, Mariandyniq; ſequuntur
 Bythyni q; uiri pinguifima rura colentes,
 Qua Rhebas pulcher gratiſſima flumina uoluit
 Rhebas qui rapidi decurrat ad hostia ponti.
 Rhebas cuius aquæ potu uitæq; ſalubres
 Tot uarij populi degunt ad littora ponti
 Quos plus offendit Scythia ſunt nomina gentis.
 Nunc dicēda mihi ſuper eſt illa aſidos ora
 Quæ tepidi partes callidas decurrat ad Austris
 Atq; Helleſpontum tranſit Syriæq; recessus
 Atq; arabum optatas non uno munere glebas.
 Sunt Chalcedonij primi poſt hostia ponti
 Eregione uident qui moenia byzantæa,
 Bebrycij poſt hos, & Mysia montibus alta
 Qua cius egregia decurrens murmurat unda,
 Qua Nymphas comitem perhibent rapuisse potentis
 Alcydæ puerum triftiſſima fata gementis.
 Hinc Helleſpontum pertenditur angulus ingens
 Qua breuior Phrygiæ pars eſt, nam latior intus
 Sangarij ripis fluuij uicinæ rapacis,
 Tenditur hæc potius titanis pinguis ad ortus
 Nutrit equos ualidosq; fouet ad prælia nifus.
 Alia ad occasus alta ſub montibus Idæ

Hæc habuit priami neptunia pergama regis
In quibus arcitenens nimium sudavit Apollo
Heroas gremio tenuit carissima sedes
Illion ac Xanti nec non Simoentis ad undam,
Cum iuncte simul sub uertis palladis ira,
Post hæc eolidis tellus prætenditur oræ
Fluctibus Ægai Phryxi ad monumenta sororis,
Inde tenet terras pelagus propè sanguisionum,
Per quas Mæander pinguis descendit in equor
Inter miletum currens, & spatiofa Priene,
Mœnia quæ boream uersus stat magna dianæ
Urbis Ephesus sacræ truncæ memorabilis ulmi,
Termodoontis opus clarum posuere cohortes,
Post has mœonia, tellus quæ uergit ad ortus,
Et Tmolli colles, fluius, quibus aurifer exit
Paestolus, cuius præripas tempore uerno
Si sedeads, dulcè capiaris pectora cantu
Cygnorum, pascunt quos herbæ flumine circum,
Nam florent Asia per campos plurima prata,
Sed magis ad fluuium Mæandri jurgite miti,
Quem iuxta uoluens se, murmurat unda Gaystri,
Hic succinta suos præcinctes fœmina lumbos
Insilit in choreas perfulgens diuite Zona
Hinc chorus ad numeros Dionysi numina cantu,
Tollit & ad salius circuonat ore pia nam,
Non minor amotis denulcet uestibus aura,
Sic inulus mitis puerilem transigit annum
Lidorum cura est traducere tēpora lusu
Post hos sunt lycij, quos Xanthus diuidit annis,
Ad mare uergentes qui tauri cornua cernunt,
Vsq; ad Pamphylios peribent quem nomine cracum
Illic aspiæs aspendi, mœnia cuius

Eurymedon amnis radit uicina profundo.
Hic hominum immitti placatur cede dione
Continuoq; iacent aliae pamphylidis urbes
Corycus & Perge & nimium uentosa Phaselis.
Hos supra medijs habitant telluris in aruis.
Ad partes ortus, gens clara Lycaonis armis.
Tū pisi da ferox præpingues commouet agros
Telmessus, Lyrbe nec non clarissima Selge
Gentis amyclæe producit ad aera muros.
Hinc sinus est longus ciliicum, qui uergit ad ortus
Euxini penetrans uicinas & quoris oras.
Hunc Asiae perhibent angustis partibus esse,
Cui tamen immenso fluuij se gurgite miscet
Per longum Pyramus spacium Pinatesq; uoluunt
Flexilis, et Cydnus, dirimitq; flumine Tarson.
Dicitur huic olim petiturus sydera nomen,
Bellerophon donasse urbi, namq; arduus athram
Dum scandit uictor semustis pegasus alis
Decidit et nota pressit uestigia terræ
Deget at hic dominus uulgo temotus ab omni,
Vngula produxit uentura in secula tarsum,
Hinc Asiae ciliicum sunt celsis mœnibus urbes
Lyrnessus malosq; simul uicina profundo
Atq; soli medio terrarum fine locati
Commagena de hinc regio. Syriae q; sequuntur
Urbes dispositæ per longi littora flexus.
Nam Casij montis, qua prominet ora per equor
Vergit in occasus diffusis tractibus undas.
Nunc reliquas Asiae partes tibi carmine pandam
Nec tu post habeas stabilis ed percepiente
Me duce qui possis alijs offendere solers
Quadrati lateris qua clauditur undiq; forma
Et latijs campos longis pretendit in ornum

Sic etenim memor ansse tibi. quod collibus altis,
Per totam mediis mons ingens tenditur actu,
Qui fines Asiae nigros producit ad indos.
In latus unde aquilo spirat tibi, Nilus ad oras,
Hesperies finit, sed tethys solis ab ortu
Indica concludit, rubrum mare terminat austrum.

Aspice nunc igitur dum ad finem ueribus ortus
Perueniore rete gens tibi ueris omnia rebus.
Incipiens Syriæ terris, qua parte reliqui
Quæ pelagus supra sub solem uergit ad austros,
Urbibus & multis habitatur nomine prisca
Quæ caua uulgatur, quam κοίλη nomine græca
Dixerunt ueteres media est quæ collib. altis.
Ast humilem Lybanus claudit protentus in ortum
Occasumq; petens Casius, multisq; uirorum
Incolitur populis locupletibus ubere pingui
Namq; alij medijs habitant telluris in aruis,
Hosq; syros proprie perhibent, sed littora iuxta
Phœnices uiuunt ueteri cognomine dicti,
Quos misit quondam male rubrum Cladibus astos
Chaldeo nimium decoratam sanguine. gentem,
Arcanisq; dei celebratam legibus unam,
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Disiunctas gentes domuerunt iungere mercen
Et primi stellis numeros nomenq; dedere,
Atq; oculis mirum uoces sentire figuris.
Hi muros Iopes, GaZam atq; Elaida comple
Antiquamq; Tyrum, Beryti & mœnia gratæ
Viçiamq; mari Byblon, Sydonaq; pulchram
Quam iuxta liquido Bostrenus gurgite currit,
Et pinguem Tripolin, atq; Orthosin, Maratonq;
Laodicen pariter, positam propè littus amœnum

Et positi turres, & sacræ tempea Daphnes
 Hic etiam Antiochus nomen dedit Antiochæ
 Terrarum medijs Apameæ mœnia claræ
 Ad cuius partes eolas currit Orontes
 Antiochi medius dirimit qui gurgite regna.
 Hac omnis pinguis tellus est ubere lata,
 Arboribus pariter, pecoriq; & commoda uita,
 Ad uinius fines ueniens, quo sterminat Auster
 Arabij cernes extremi littora pontu
 Qui Syriam medius disternat Arabiamq;
 Et tangit uergens orientem uersus Elanos.
 Diues arabs post quos latissima possidet arua
 Quæ protenta diu cinguntur ab æquore Perso
 Arabioq; ferit Zephyrus quod flamine fæno
 Persica nam flatus eo i littora turbant
 Ora, sed hæc austro tendit subiecta per ortus
 Fluctibus oceani pulsatur & undiq; Rubri,
 Hanc quoq; describam tenui ratione recensens
 Pascere nam populos felices diuine terra
 Floribus & uarijs miracula prebet odoris
 Namq; Thyo Myrrhaq; uiget cum thuris odore
 Et casia, nec non calamo dulci ladanoq;
 Cinnama præterea iocundæ naribus auræ
 Fertilis hæc generat tellus, auriq; metalla,
 Vestibus auratis quare gens utitur illa.
 Hac regione ferunt eductum fœmore bacchum
 Prædulcis patriæ memorem tribuisse beatas
 Ruris opes, ut nulla dies tam ditia dona
 Deleret proprios & ridens munere tellus
 Vedit oues molli contextitas corpora lana
 Carpentes lætæ felicia pascua terræ.
 deus granidis præfulgens ora corymbis

Pampineos quatiens p̄sentī numine thyrſos
 Nebride ſufflauis corijs pludit amicis
 Iuppiter ut proprio detraxit fœmore natum
 Dives arabs aris innatos ſenſit odores,
 His pueros ſeruans molochites ſplendet arenis
 Androdamasq; lapis compescens pectoris iras
 Sed Libani montis ſunt post declinia primi
 Felices opibus Nabatai in nomine dicti.
 Caulas, post hos atq; Agrees, inde propinquat
 Chatramis, atq; Sacæ, contra ſunt perfidis æquor
 Minneiq; maris propè Rubri littora uiuunt.
 Atq; Sabe post hos, nec non habitant Cletabenii
 Arabiae populicelebres hi nomine claro.
 Sunt tamen & plures alij, nam maxima tellus.
 Hos ultra, Zephyri ſub partes degit Erembum
 Speluncis genus inſelix & rebus egenum
 Qui ſolis radij nigreſcunt corpus aduerti
 Diſpersi q; dolent lustrates more ferarum.
 Non arabis ſimiles opulentis, ſcilicet aqua
 Omnibus eſſe potest nunquam fortuna bonorum.
 Post Libani montis populi ſunt ſolis ad ortus
 Alterius, Syriæ, quæ tendit adusq; Synopen,
 Cappadoces medijs habitant in finibus huius
 Terminus affyrios, ſed claudit ponticus ille
 Thermodon, pelagi qua pulſat gurgite fluctus,
 Cuius ab eo decurrit limite uafis
 Fluxibus Euphrates deſcendens montibus aſpris
 Armeniæ, longusq; noton pertendit, & inde
 Ad ſolem flexus Babylonis diuidit urbem,
 Littora deinde ruens perrumpit perfidis undæ
 Extrema fluij ſub parte teredona radens.
 Huius ad auroram ripis deuoluitur altis

Tigris, aqua superat, quem flumina nulla rapac
Sed tantum superat, quantum uix septimus ortus
Conficiat pedibus spatij properantibus ire.
Atq; lacum medius thonites intrat & exit
Nec uiolatur aqua, quamuis penetrabilis illa,
Ocyor, atq; uadis emergens cedit amaris.
Hoc tamen omne soli uinfluuus quod cingit utraq;
Indigenæ populi pro re dixerem mediam rem,
Quodq; duos inter posita est spatiösior amnes
Agricolis pariter pastoribus atq; feracem.
Florida semper habet nascentia pascua tellus
Herbarumq; thoris, & gramina lata uirscunt,
Et uarijs rami complementur fructibus omnes
Gens quoq; prafulget claris in laudibus illa
Nam peperit multos celsa uirtute potentes
Atq; adeo similes, licet immortalibus esse
Armenij iuxta quam sunt aquilonis ad axes
Comminus et fortes quo nouit uis Matieni
Hos propè concludit Euphraten collibus altis
Montes diuitijs pariter, belioq; potentes,
Ad partes austri babylon, quam mœnibus olim
Mirandis posuit firmisq; simyramis uibem
Cuius in arce domum plendentem fecerat auro
Dilecto belo sacram quæ munera coiuinx
Contulit argento & laminis decorauit eburnis
Hoc quoq; pingue solum palmarum diuit sylua,
Quod fert berylli munus pretiosius auro
Berillilapidem liquidum, glauciq; coloris.
Berillus tollit nascens Ophietida petram.
At supra babylona uides si prospicis arcton
Cissos massabatasq; chalonitasq; feroce.
Armeniosq; montes si linquens ibis ad ortus
pedica noscent tibitellus, cuius ad axes

Geli sunt mardiq; uiri simul' Atropatæni
Ad noton inde habitant medorum' rura tenentes.
Oetæ dedit huic cognomen filia terræ,
Hinc medi uarios usus nouere ueneni,
Quorum per multas spatium diffunditur oras.
Huc pandionidæ postq; data pharmaca nato
Vecta draconigenis acteis exul ab oris
Peruenit Medea ferens mansitq; per omne
Tempus inexperti linquens uestigia succi,
Non petijt colcos meritas metuens patris iras,
Hæc generat narcissitatem oriente sub ipso,
Qui lapis est fuscus, complevit hanc undiq; sylue
Inter quas homines pemari aditia pascunt.
Caspiadas tangunt portas, qui solis ab oris
Rupibus hæc celsis Asiae sunt claustra potentis.
Qua uia sub Boream duplex se scindit, & austrum
Hæc regio persas, hyrcanos ducit, atilla,
Sub colles imos habitant, post caspia claustra
Mætia gens parthitelis arcuq; potentes
Viuere qui spolijs gaudent, raptuq; nefando.
Quæ propter bellis homines uexantur in orbe,
Atq; optata perit multo pax sanguine mundi.
Parthus non discit tellurem uertere aratro
Nauibus aut pontum sulcare haud mercis amore,
Externas noscit gentes pretiumq; requirit,
Non uistos pecoris, studiorum sed iþretor honoris,
Incipit à teneris hastasi acularier annis
Et non mentitis hostem desigere telis
Et nunquam uanas iclu tractare sagittas,
Fertur equis curamq; gerit studiosus equorum
Non alimenta cepit nisi fuso sanguine uictor
Hostili meruit, uel si uenatus adegit.

Inniicitum quamuis telis belloq; ferocem
viribus exhaustis contundit romula cuspis
Scire cupis magnam solers si persida terram
Describam uarios colles fluuios lapidesq;
Hæc regio floret regnis & diuite censu
Ex quo perdonuit lydorum mœnia sardis
Meoniaq; simul, simul aurea stemmata Chresi
Accumulauit opes, & equorum chrysea frena
Et fuluas uestes clypeisq; micantibus arma.
Deniq; subtexit preçiose uincula plante
Cingitur excelsis hæc undiq; collibus omnis
Ad uergens austros post caspia claustra petensq;
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum
Atq; tripartiti habitatur finibus illa.
Namq; colunt alij rigidæ sub partibus arcti
Terras quas medi nemorosis montibus umbrant,
Ast alij mediae uiuunt regionis in aruis
Littora postremi tangunt australia persæ
Prima parte Gabe, medius Pasargada, post hunc
Tascorum telis habitat gehs fertis & arcu.
Quinq; tenent populi diuisos perfidis agros
Annibus hæc multis recreatur & ubere pingui
Hinc choros immensus profunditur inde Ghoaspes
Fonte cadens indo, qui stringit gurgite Susa
In cuius ripis præclarus fulget Achates
Pondere consimilis quem proterit unda Cylindris
Fertilis hæc tellus fœcundis pascitur aruis,
Nam uentis semper florescunt rura secundis,
Hæc eadem gemmis nimium decoratur honestis
Quarum quis uarias uires? quis nomina dicat?
Te colytum memorem uero cognomine dictum
Qui lapides renum trius, potusq; resolutus

Myrrhitenq; bonum nardicum reddat odorem,
Hic est Aetites sonitum cui spiritus addit
Arcanum crepitans prægnantibus utilis & gris,
Nec non Pyrrhites, digitos qui strictus adurit
Gemmaq; que radios emitte candida solis
Atq; selenites lunaris imagine lucis,
Quod decus & minuit proprij splendoris & auget,
Respice nunc reliquas Asiae sub finibus oras.
persidis ad pontum Carmani solis ab ortu
Littora pars habitant, media pars limina terræ,
Gedrosi post hostendunt orientis ad ignem
Oceanum iuxta radijs propioribus inde
Est scythiae tellus australis flumen ad indum,
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum,
Caucasijs oriens primum de montibus altis,
Diuidua cuius Patalene cingitur unda
Separat innumeras & vasto gurgite gentes.
Ad partes rapidi qua uergunt lumina solis
Oritas Aribasq; simul limq; arachotas
Utentes Clenis, atque Atraidas simul omnes
Parnasi montis sub celsa rupe Ariannos
Nomine communi, qui terra subere nullo
Florentes habitant, squalent nam sentibus aspris
Curalij lapidem, qui rubrum li tote carpunt.
Sapphiriq; decus nigri, flauijq; coloris
Saxorum cœdunt uenis, ac merce beatæ,
Indorum terras hinc tethyos æquora claudunt
Quas primo Titan ascens lumine cernit,
Vnde color populis niger est flagrantibus ortus
Atq; gerunt similis byacintho fronte capillos.
Effodiunt alij terras, auriq; metallum
Ast alij texunt tenuissima tegmina lini,

Vel dentes strīngunt Elephāntis ab ore reuulsos,
Scrutantur ripis alij torrentibus imbri,
Berylli gemmas glauci, nitidumq; adamanta.
Atq; aura uiridi legitur, quæ splendet Iaspis.
Foditurq; assiduo glaucescens uena topaci
Purpureoq; amethystos inest suffusa colore.
Diuītias magnas sic tellus illa ministrat.
Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
Arboribusq; uiget uarijs milioq; feraci
Et præcio rubræ perfulget arundinis illa.
Præbet erithræas calamos satis india tellus,
Hinc alij superant procero copore tantum
Insiliant ut more equitum faciles Elephantis,
Ast alij uiuunt sapienti pectore nudi
Luminibusq; uident rectis mirabile solem
Et radios oculis & sacra mente retrahant
Signaq; concipiunt arcana luce futuri
Psitacus hic uiridi decoratus torque rubenti
Nascitur, humanae simulat qui uerbera lingua.
Nunc age te fluuios montes solmamq; docebo,
Ipsi terræ populos, gentesq; beatas.
Margine quaterno tellus haec clauditur omnis
Obliquatq; latus per cunctas linea partes,
Hesperios fines immanis terminat Indus,
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum,
Sed Ganges oras & caucasus excepit artum
Hanc homines habitant multi ditesq; calendam
Nominibus uarijs discreti, & finibus amplis.
Dardanees ripas contingunt fluminis Indi
Hic ubi præcipitem scopuli fundunt Acesinem
Huncq; capax classis uenientem exceptat hydaspes
Tertius hos sequitur splendenti gurgite Cophes.
Taurus inter quos habitat cum gente Sabarum

Hinc scodri post hos sunt syluicola Peucanei
Gangaridaq; truces auri, qua pondus onustum
Deuoluens hypanisq; trahit, rapidusq; megarsus
Quos capit Emodo missos Gangetica monte
Tellus, porrigitur quae ad terrae Colydis austros
Oceani tangens pelagus sub collibus altis
Quos uolucres metuunt celeri contingere penna
Vnde locis graij posuerunt nomen Aornen.
Hic uia quae nomen celebrat Nisaea Lyai
Ab quo per populos late nisaea uocatur,
Ipse coloratos Liber contriuenter indos
Fatali bello thyrsos mutarat aenyo
Idrorum inspiras dirum crepitante flagello
Menades insana pagebant plia destra
Perdomitis populis fertur gangetica proles
Cuncta iubent deo celebrasse per oppida bacchum.
Et uirides factae sedata Nebride uites,
Sacrauere die placari numinis aras
Orgia magnus adhuc seruat redeuntia ganges,
Finibus Indorum ornatas uictor opimis
Exuuijs statuit laudis monumenta columnas
Ceruleo oceanus testatus gaudia uultu
Victrice palmam non indignatus adorat
Emodi roseo labentem uertice montis
Is menum dixit thebani nominis amnem
Hic Tylos est superans uastae miracula terrae
Insula, namq; uiret cunctis in partibus anni
Nec folijs nudat ramos autumnus in illa.
Assidueq; tenet flores genus arboris omne.
Hic fulget lymphata adamas, qui pectora sandans
Et prohibet miseris occulti damna ueneni
Quem minime ualeat ferrum superare nec ignis,
Frangitur hyrcino materatus sanguine tantum,

Sed tepido, fractis multis intudibus ante ;
Hic iuxta positus Magontini uitibus arcet
Adnotum retrahit defendens robore niro,
Hic fœt odorato fœnix nutritur amomo
Hic Lychnis lucem simulat splendore lucernæ
Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum.
Tot sunt per terras uulgata nomine gentes,
Nam reliquas quæ mens ualeat mortalis in orbena
Dispersas, numerare tibisine numine magno?
Quod bene disposuit terras, pontiq; profundum,
Syderibus uarijs decorans cœlestia templa,
Et multis recreans, uarijsq; coloribus arua,
Munera per populos tribuens diuersa uirorum.
Sed uosterrarum tractus gaudete per aium,
Et quæcunq; mari circundatur insula uasto,
Oceanusq; simul nec non penetrabilis uida.
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma,
Et montes, fluij, atq; lacus, quos continet orbis,
Nam pelagi partes percurri carmine uastas,
Et terræ pariter regiones fibris amplis,
Omnipotens pro quo genitor mihi præmia donet.

F I N I S.

R E G I S T R U M.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y
ꝝ Ꝟ ꝟ A B.

Omnes quaterniones.

Impressum Florentiae per heredes philippi tuno
tae. Anno. D. XXVI. à Christiana salut
te supra mille mense Februario
Clemente. VII. maxi
mo Pontifice.



Quintus Cyprianus

inventor & editor
of the first
and best
books on
the art of
printing

1544